(2.) J. N. XII. 10

Akademie zu Bonn

Prof. Hedderich betr.

II.

Geiſtlicher Rath Hedderich
betr. Dolleschalls Theses
und des Dahmen

Wohlgebohrner, Hochgelehrter
Besonderst zu Verehrender Herr!

Auf sonderbaren gnädigsten befehl Sr Hoch-
Fürstl. gnädigsten Excellence Hrn Staats-
Minister solle Euer Wohlgebohren zuschreiben,
daß Höchstdieselbe vernommen hätten, welcher-
gestalten ein gewisser Collenschall auf dem
alten Markt in Kurzem eine wider das
Erzbischöfliche Indultum quinquennale gerichtete
dissertation öffentlich zu defendiren sich
beygehen lassen wolle. Euer Wohlgebohren
sollen gemeldten Collenschalls Vatter die ernstlich
willens Meinung Sr Hochfürstl. Gnaden so wohl
als Sr Hochfürstl. Gnädigst Excellence bedeuten,
daß er nimmer von hiesiger Stelle eine Gnad
zu verhoffen haben würde, wenn er
sich beygehen ließe, gemeldt Dissertation
nur abzuhalten. Der gnädigste befehl seye,

den 17. May 1783 [illegible]

daß er zu höchsten Handen vorderist ein exemplar übersenden sollte; In Befolgung dieses gnädigen Auftrages habe ich die Ehre zu seyn in vollkommenster Hochachtung

Ew. wohlgebohrner

gehorsamer diener L. Hedderich.

Bonn den 16ten May
1783.

Ein Compliment von derselben Frau Gemahlin. ich hätte schon gestern diesen Auftrag verrichten sollen, allein ich zweifelte, ob dieselbe nicht gestern zurückkommen würde. /.

Wohlgebohrner Hochgelehrter
Insonders Zu Verehrender
Herr Hofkammer Rath

Aus beygehenden promemoria werden Euer Wohlgebohrnen zu ersehen belieben, die gnädigste willens Meinung an höchster stelle, wovon mir aufgetragen, selbiges ihnen zu überschicken um darüber an die Behörde gebrauch davon zu machen.

ferner Zu erst am Mitwoch ~~[illegible]~~ ist an höchster stelle beygehende Dissertation mit ihren impertinenten ausbildungen pag. 17. angezeigt worden. Sr Kurfl. Gnaden behalten sich die Ahndung darüber gegen [illegible] vor, welches sie mündlich ferner [illegible] Wünsche zu bedeuten belieben werden — dieselbe ist auch zu erinnern alle sorge zu tragen, daß nicht allein die Theses des Dollenschall unterdrückt, oder wie befohlen abgeändert werden, ~~oder~~ auch zu sorgen, daß die Theses Juridicae wegen deren bereits geschehenen Excessen jederzeit zur höchsten Einsicht und Begnehmigung ~~[illegible]~~ durch ihr eingeschickt werden sollen.

Se Minister geht mit Ihro Kurfl. gnaden diesen morgen nach Bruehl, und morgen Nachmittag auf den Kreutzberg. Ich bin

Dero

Bonn d. 17. May 1783

gehorsamster diener

# Pro Memoria

Seine Hochwürdigst geistliche Excellence finden bey ersterer Einsicht deren in dieser Collegial Dissertation enthaltenen Sätzen a § 6. pag. 52. biß ad § 9. p. 58. selbige dem Erzbischöflichen nativ- und Indultar gerechtsame höchst anstössig; besonders da das indultum die ecclesias parochiales ausdrücklich enthält, und sogar Se Churfürstl. Gnaden die ecclesias parochiales + in suo mense vacantes in dem Hochstift Münster per concursum vergeben;

+ ecclesiarum Collegiatarum

ob nun wider Se Churfürstl. Gnaden ~~die~~ und Höchstdenselben anklebende nativ- und Indultargerechtsame eine praescriptio immemorialis statt findet? ist eine frage: welche unschicklich von einem Defendenten, ~~unter den Augen des geistlichen Herrn, in der Hauptstadt und Fürstenthum~~ aus der Cöllnischen Universitaet ~~negative~~ und zwar ohne vorher genommene ~~Censur~~ Erzbischöfliche Censur affirmative in maximum praejudicium Eminentissimi.

vom 24. d. abgegangen

tauch ein gewisses [illegible]

entschieden wird, ~~[illegible]~~ gleichwie
auch eben unschicklich von einem
Candidaten auf der Cöllnischen
Universitaet behauptet wurde,
daß wider Sr. Kurfürstl. Gnaden
höchst, welche das jus Superioritatis
~~deplom~~ territorialis in vim
diplomatis behaupten könnten,
eine praescriptio statt hätte.

Auch ist unter den deutschen
Rechts Lehrern noch nicht
ausgemacht, utrum contra Concordata
possit subsistere praescriptio.

Ferner ist sehr unschicklich
pag. 55. auf die Eminentissimos
Colonienses angebracht der
textus D. Pauli ad Philippenses
Cap. 2. V. 21. omnes quaerunt
quae sua sunt, indem gerad
daraus folget, et non, quae sunt
Jesu Christi.

~~Man kann wird zwar~~
Es ist zwar kein Sünd,
~~[illegible]~~ mit einem andern in den
grundsätzen nicht übereinstimmen
der wahrheit nachforschen etc.
allein ~~an~~ unter den augen
des ~~Er~~ gesten Herrn in Mitte
Sr. Erzbischöflichen [illegible]
ohne vorgehende bischöfliche
Genehmigung und Censur

öffentlich in Druck die bischöfflich nativ- und indultar-gerechtsame anfechten, und sich sogar als richter wider den geistl. Herrn aufstellen wollen, solches wollen und können Sr. Kurf. Gnaden nicht gleichgültig ansehen.

Es soll, und wird daher der P. Hedderich seine in den Thesibus de Indulto quinquennali §. ultimo versprochene Deduction darüber unterlassen.

(weitläufig)

Es wird daher Sr. Kurf. Gnaden und Reichsfürstl. Excellenz zum gnädigst wohlgefallen gereichen, wenn gemeldte §. VI. pag. 52. bis ~~§. IX.~~ §. VIII. inclusivè gänzlich unterdrückt bleiben.

NB. Sr. churfürstl. geistlichen Excellence Meinung, dieser ausdruck seye zu gelind; man soll *mandativè* zugleich bef erinnern

Ferner ist auch dem Fiscalats administrator D. Würsch anzuzeigen, daß annoch bey höchster stelle die in beygehender Dissertation de Resignationibus pag. 17. enthaltene höchst unzügliche ausdrücke in Erinnerung seyen, und deßhalben annoch die schärfeste Ahndung vorbehalten bleibe,

den 24. d. abgegangen

Vorgemelter höchstdieselbe Gnaden
dahero das widerhohlte Vorgehen,
ohne Erzbischöfl. Ggster Begenehmigung
deren Höchsten nativ- und
indultar-gerechtsamen ~~an~~ allzu
sehr nachtheilige Sätze ~~Werther~~ öffentlich
in Druck vertheidigen zu wollen
nicht gleichgültig nachgesehen
werden, sondern ist Von seithen
des Erzb. Hof fiscalats alle
Vorsicht zu gebrauchen, daß
gemelte Sätze unterdrückt werd

Bonn d. 17. May 1783

# DISSERTATIO INAUGURALIS CANONICO-JURIDICA

DE

# RESIGNATIONIBUS

*QUAM*

UNA CUM ADJUNCTIS EX OMNI JURE PARERGIS
IN ALMA ET PERANTIQUA UNIVERSITATE COLONIENSI
SOLENNI SUB PRÆSIDIO
*PRÆNOBILIUM, CLARISSIMORUM, CONSULTISSIMORUMQUE VIRORUM,*
*ac DOMINORUM,*

**D. FRANC. GABRIELIS HAMM**
J. U. D., Profeſſoris ordinarii & publici, Venerandæque Facultatis Juridicæ Dictatoris,

NEC NON

**D. THEODORI BURCHARDI BARTMANN**
J. U. D., Profeſſoris ordinarii & publici, ejuſdémque Facultatis Fiſci,

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONÓRIBUS, AC DOCTÒRALIBUS PRIVILEGIIS MORE MAJORUM RITE CAPESSENDIS
PUBLICÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI SUBMITTIT
*AUTOR* ET *RESPONSURUS*

**JOANNES BAPTISTA DAHMEN AGRIPPINAS**
AA. LL. & Philoſophiæ Magiſter, Gymn. Mont. Profeſſor.
*Anno MDCCLXXXII. Die* 12ma *Septembris.*
Horis, locóque conſuetis.

---

COLONIÆ, IN TYPOGRAPHIA UNIVERSITATIS.

# PRÆFAMEN.

*Quàm aliena ab Eccleſiæ bono, ideóque & mente fuerit vel Renuntiati Beneficiorum promiſcua; non ignorabit, qui hinc perſonas ad ſacra muni habiles uſque adeo ad ea compulſas fuiſſe legerit: inde inhabiles vitióqu canonico laborantes fuiſſe excluſas ac depoſitas conſideraverit. Quin noviſſimè adhuc Concilium Tridentinum* Seſſ. 23. C. 16. de Reform. *ſtatuit:* Quod ſi Clericus locum inconſulto Epiſcopo deſeruerit, ei ſacrorum exercitium interdicatur. *Sícque juxta diſciplinam Eccleſiæ nonniſi d licentiâ Epiſcopi vel ejus præcepto, nec niſi graviſſimis de cauſis fieri hodiedum adhuc deberent Renuntiationes Beneficiorum.*

*Quæ integrâ ſæculorum primâ Decade tam rigida in Renuntiationibus admittendis aut ſuo caſu injungendis fuit Eccleſiæ diſciplina, mirum non eſt, quod hodiernas Reſignationes feliciter ignoraverit, quippe à ſpiritu Canonum multo longiùs quàm Renuntiatio recedentes.*

*Primas equidem Reſignationes Sæculo XI. innotuiſſe in Eccleſiâ docet ejus hiſtoria; verùm hæc ipſa etiam teſtatur immedicabili illas neceſſitate Canonum temperari rigorem exigente, ab Eccleſiâ pro eâ tantùm vice ceu malum minus fuiſſe admiſſas, ſuum priſcis Canonibus vigorem expreſſâ proteſtatione futuris pro caſibus fuiſſe conſervatum, demum primas illas verecundioris longè frontis exitiſſe ac noſtras hodiernas, nam cum primæ illæ quippe occultas ob cauſas injunctæ eſſent neceſſitatis; ali ex iis ſequiori ætate prodierunt factæ motu proprio & gratiæ loco expet cœptæ, cum primitus fierent in favorem ipſius reſignantis cum ſpe quidem tacitâ, at minimè ſub conditione beneficia recipiendi; tandem factæ ſunt fiúntque adhuc in favorem tertii, eæque conditionatæ, ſumtuoſæ, ſimoniacæ, ſub- & obreptitiæ, intendentes hæreditariam beneficiornm ſucceſſionem, adeóque corruptelæ & diſciplinæ eccleſiaſticæ relaxationes merit adpellandæ, quippe ſpirantes nepotiſmum & notam eheu! nimis beneficiorum negotiationem.*

*Tametſi verò hæ ab Eccleſia probatæ nunquam fuerint: imò Concordatis juxta plures ſint adverſæ; quia tamen uſu ſaltem vigent; hinc quâ ratione & validæ & licitæ eſſe poſſint; conſueto ſyſtemate propoſitum mibi eſt diſcutere.*

SECTIO

# SECTIO I.

## §. 1.

Renuntiatio in genere definitur: ſpontanea beneficii abdicatio ex causâ juſtâ coram Superiore competente facta. Sic generaliter ſumta dividitur 1. in *expreſſam* & *tacitam*, illa eſt, quæ fit verbis expreſſis, voluntatem renuntiandi apertè, non dubiè, minùs æquivocè ſignificantibus. Tacita fit facto vel omiſſione verè (nam præſumta tantùm eſt nulla) vel ex naturâ ſuâ vel diſpoſitione juris renuntiationem adnexam habente. Unde

§. 2. Utraque & expreſſa & tacita videtur ſubdividenda in *arbitrariam* ſeu permiſſam, & *neceſſariam* ſeu præceptam, quæ quidem etiam fit ſpontè ſine vi, ſed jure aut judice præcipiente. Neceſſariæ tacitæ exempla ſunt: 1. Siquis ſolennem in quâdam religione emittat profeſſionem *a)* 2. Siquis pacificam & fructiferam beneficii ſecundi, cum primo incompatibilis, poſſeſſionem adeptus non renuntiet intra tempus præfinitum. *b)* 3. Si Clericus in minoribus ineat matrimonium, *c)* 4. Siquis obtentâ Parochiâ intra annum non fiat Presbyter. *d)* 5. Siquis religionem mutet. *e)* 6. Si Canonicus per triennium, à die tamen primæ monitionis computandum, abſens manſerit *f)* generatim huc pertinent facta omnia, ob quæ canones vel leges renuntiationem modò factam interpretantur. Quod ſi tali in caſu quis renuntiaret expreſsè, hæc renuntiatio eſſet facti tantùm & ſuperflua, cum omne jus ipſo jure amiſerit, licet honoris gratiâ quandoque ante ſententiam, renuntiationis aut privationis ipſo jure factæ declaratoriam renuntiatio fieri permittatur.

a) *C. Beneficium 4. de Regul. in 6.* b) *Extrav. Execrabilis.* c) *C. 1. & 3. de cler. conjug.* d) *C. 14. de Election. in 6.* e) *ob Reſervatum Eccleſiaſticum.* f) *Conc. Trid. Seſſ. 24. C. 12.*

§. 3. Renuntiationis arbitrariæ tacitæ exempla ſunt: I.) Siquis Collatori remittat literas collationis. II.) Siquis competitori Præpoſituræ reverentiam Præpoſito debitam exhibeat. *a)* III.) Si Clericus bona Eccleſiæ ſuæ à ſe donata repetat. *b)* Interim renuntiatio, quia facti eſt, in theſi ſeu extra caſus, in quibus jura ipſa eam præſumunt, facta non præſumitur, & proin eam alleganti incumbit probatio: iis verò in caſibus, in queis jus ipſum ex facto aliquo NB. non culpabili renuntiationem præſumit, probationem credo incumbere renuntianti, ſi factum inſuper eſſet culpabile; tunc quia præſumtio juris in eo fundata videtur eſſe juris & de jure, probatio in contrarium nulla habebit locum.

a) *C. ex ore 3. de his quæ fiunt à majore parte capit.* b) *C. Tranſmiſſa 3. h. t.*

§. 4. Renuntiationis expreſſæ neceſſariæ exempla habemus in iiſdem caſibus §. 2. dummodo beneficiatus expreſſis verbis ſe renuntiare declaret, antequam ipſo jure renuntiatio ſit inducta, e. g. in primo caſu §. 2. Religioſus poteſt adhuc reſignare expreſsè tempore Novitiatûs, & ſic de cæteris. Ulteriùs huc ſpectant omnes renuntiationes expreſſæ, quæ fiunt ante ſententiam NB. condemnatoriam ſeu privatoriam ob factum, ob quod jura beneficium non ipſo jure renuntiatum declarant, ſed renuntiationem faciendam injungunt. Sic e. g. criminis, executionem officii peractâ etiam pœnitentiâ impedientis, ùt homicidii a) ſibi conſcius expreſsè renuntiat, & tempeſtivè. Si autem fieret poſt ſententiam demùm in judicatum prolapſam, etiamſi ante executionem, non eſſet iterum niſi mera renuntiatio facti. Unde

§. 5. Renuntiatio dividitur ulteriùs in aliam *facti tantùm*, quando ſcilicet quis renuntiat beneficio, quod nullo jure poſſidebat, ut: ſi intruſus renuntiet. Aliam *juris tantùm*, ſiquis beneficio renuntiat, quod, licet legitimo gaudens titulo, nondum poſſidet, aliam *juris & facti ſimul*, quando quis renuntiat beneficio, quod de facto & titulo legitimo poſſidet.

§. 6. Ratione objecti Renuntiatio alia eſt Prælaturarum & Dignitatum Epiſcopalium, vel Epiſcopali ſaltem poteſtate pollentium (de hâc agit Summus Pontifex ad hunc tit. & ad eam requirit unam ex ſex cauſis infra enumerandis) alia beneficiorum inferiorum, ad hanc etiam jure Decretalium credo ſuffeciſſe, & licitè ab Epiſcopis acceptatam fuiſſe cauſam ſex illis minorem. Hodie multiplicatis beneficiis & abundante miniſtrorum Eccleſiæ copiâ cauſæ juſtitia tàm rigidè non ampliùs attenditur, imò fit & admittitur renuntiatio à Collatoribus abſque cauſæ cognitione, ſat modò contentis, quod beneficia poſſint conferre aliis exſpectantibus.

§. 7. Ratione formæ alia eſt *abſoluta* & *ſimplex*, quâ quis Beneficium reſtituit ad manus Collatoris alteri pro libitu conferendum, & hæc primis XIII. Sæculis ſola erat cognita. Alia eſt *conditionata*, Reſignatio in ſpecie dicta, quæ fit ſub certâ conditione, modo, pacto, reſtrictione, reſervatione expreſsè additis. Dico: *expreſsè* per formalia conſueta: *taliter & non aliter*, nam, uti in Præfatione monui, Sæc. jam XI. cœperunt fieri Reſignationes ſub ſpe, aut ſi ſub conditione etiam (quod vix erit) certè tacitâ, non expreſsâ ſunt factæ, nullatenus verò ſub conditione tacitâ fuerunt admiſſæ. Sæculo demum XVI. nec conſtitutione aliquâ, ſed uſu aut potiùs abuſu invaluerunt hodiernæ Reſignationes conditionatæ, quæ in diverſas abeunt ſpecies: aliæ enim fiunt *ex causâ permutationis*, aliæ *in favorem tertii*, aliæ *cum reſervatione penſionis, aut fructuum*, aliæ (in germaniâ tamen ignotæ) *cum reſervatione regreſſûs in caſum, quo vel Succeſſor mortuus, vel religionem profeſſus, vel ad aliam Dignitatem translatus fuerit*, aliæ *ſub pacto refundendi expenſas circa obtentionem Beneficii, aut litem ſuper eo factas.*

§. 8.

---

a) *C. ex literis* 10. *de exceſſibus Prælatorum.*

§. 8. Illæ cum reſervatione fructuum fiunt vel cum reſervatione tertiæ eorum partis, vel dimidiæ, vel omnium fructuum, hæ ultimi generis graviùs impingunt contra jus commune, quo jubentur beneficia ſine diminutione conferri, & qui ſervit Altari, de Altari vivere debet, unde à Rom. Pont. de praxi, quatenùs ſupra jus eſſe dicitur, admittuntur, nec niſi magnâ ex causâ. In Galliâ eas planè eſſe prohibitas, refert REBUFF. *a*) eas autem, quæ fiunt cum reſervatione medietatis vel tertiæ partis, faciliùs admitti, & in Galliâ quoque receptas eſſe, teſtatur BOëRIUS *b*) dummodo tamen ex alterâ medietate commodè vivere poſſit beneficiatus, aliàs reformari ſolent, & reduci ad tertiam partem. *c*) De reſignatione, quæ fit cum reſervatione penſionis, per tranſennam noto, quod, licet olim in omnibus beneficiis imponeretur penſio uſque ad tertiam fructuum partem, eáque juſta judicaretur teſte GIGANTE *d*) nunc tamen in Epiſcopatibus & Parochialibus Eccleſiis non imponatur penſio, niſi pro Epiſcopo remaneant mille ducati, pro Rectore Parochialis Eccleſiæ centum, in aliis verò beneficiis regulariter à S. Pontifice imponitur uſque ad tertiam, vel etiam mediam fructuum partem, Epiſcopus verò, vel legatus tertiam excedere nequit.

a) *in Praxi tit. de Reſerv. tam general. quàm ſpec.* b) *Deciſ. 2. n.* 56.
c) *Rebuff. l. c. n.* 17. d) *q.* 9.

# SECTIO II.

§. 9. Cauſa efficiens Renuntiationis, inſpectâ primitivâ ipſius formâ, juxta quam non niſi factâ priùs cauſæ cognitione, cognitáque cauſæ Juſtitiâ fieri poterat, atque ita in genere prohibitorum habebatur, videtur fuiſſe ſuperior, qui eam admittebat, quia tam nihil erat aliud, quàm liberatio à vinculo Eccleſiæ & officio ſacro, ad quod Clericus ſuſceptione ordinis ſacri primitus ſe ita obligabat, uti Monachus ad Regulam ſolenni Profeſſione. At, ex quo Clerus antè indignum ſe credens & ad officia ſacra cogendus, ea tandem ob reditus in perpetuum iis adnexos cœpit ambire, ex quo auctis patrimonii titulis, Clericorum copia peperit Beneficiorum inopiam, ideóque illorum Renuntiationes ceu optata alios exſpectantes providendi occaſio, gratanter abſque ſcrupuloſâ cauſæ cognitione cœperunt acceptari, ac proinde uſu ipſo licitorum & permiſſorum naturam induerunt; ex eo utique tempore Renuntians potiùs quàm Acceptans videtur eſſe cauſa efficiens, ſeu ſubjectum activum Renuntiationis, ſed uter eorum ſit, ſufficit inquirere, quinam poſſint renuntiare, quinam Renuntiationem admittere.

§. 10. Renuntiare primævo jure nemo poterat, niſi cui ſpecialiter ex juſtâ causâ à Superiore competente permittebatur, & hæc Regula quoad

Epiſcopos, & Prælatos epiſcopali poteſtate pollentes, quos ceu Patres familiam ſuam pro libitu deſerere non poſſe Eccleſiæ ſemper intereſt, etiamnum hodie de praxi obtinet. Dubitatum eſt, num Papa, qui ſuperiorem non habet, de causâ cognoſcentem, poſſit renuntiare? dubium ſolvit CŒLESTINUS V., qui ipſe renuntiavit, ejusque Renuntiationem ſucceſſor BONIFACIUS VIII. ratam habuit. *a*)

a) *C.* 1. *h.t. in* 6.

§. 11. Quoàd Beneficia & Dignitates inferiores hanc uſus hodiernus firmavit Regulam: Renuntiare, imò & reſignare quilibet Beneficiatus poteſt, qui ſpecialiter non prohibetur. Prohibentur autem 1. Clerici minores annis quatuordecim, qui, ſi contra Diſpoſitionem *Conc. Trident. a*) viâ diſpenſationis Beneficium obtinuerint, niſi accedente Tutoris authoritate & cauſæ cognitione reſignare illud nequeunt. Majores annis quatuordecim, licet minores viginti quinque in beneficialibus & ſpiritualibus cauſis ab ipſis dependentibus habentur pro majorennibus *b*) & ſine authoritate Curatoris, uti Beneficium adquirere, ita renuntiare illi poſſunt. An verò tum concedenda ipſis reſtitutio in integrum? Quæſtio eſt inter Authores controverſa, KŒNIGS *c*) generaliter affirmat, diſtinguit REBUFF. *d*) an in Renuntiatione talis minoris intervenerit cauſæ cognitio? & tum negat, an non? & ſic concedit reſtitutionem. Præplacet ſententia VALLENSIS *e*) præciſo dolo, vel facto quodam Reſignatarii alteriúsve, gravem læſionem (quam tamen læſus probet) inducente, reſtitutionem minori denegantis, etenim num temporale minoris commodum Eccleſiæ ſaluti præferendum? num conceſſus minori Beneficium poſſidendi ſavor in Eccleſiæ, Beneficiati officiis interim carentis, præjudicium ampliandus?

a) *Seſſ.* 23. *C.* 6. *de Reform.* b) *Cap. fin. de judiciis in* 6. c) *h. t.* §. 14. *n.* 5. d) *in Praxi p.* 3. *de vitiis Reſignationis ratione perſonæ n.* 3. e) *de Benef. Tit. XXII. n.* 3.

§. 12. Prohibentur 2. furioſi & amentes ob defectum principiorum obligationis productivorum ſcilicet intellectûs & voluntatis, niſi fortè dilucida haberent intervalla *a*) quo tamen caſu, quia Renuntiatio tempore ſanæ mentis facta non præſumitur *b*) probatio eſt penes Reſignatarium *c*) aliud eſt, ſiquis mentis antea compos ex doloris gravitate in rabiem inciderit; tunc enim, licet nec is ex eâdem ratione reſignare valeat, ad probandam tamen ab adverſario reſignationis nullitatem non ſufficit allegare probata ſæpiùs deliria, ſed tria inſuper probari vult REBUFF. *d*) ſcilicet infirmitatem, furorem, & quod eo præcisè tempore Reſignans fuerit furioſus.

a) *C. quamvis* 7. *q.* 1. *L. fin. C. de curâ furioſ. L. furioſum. C. qui teſtamenta facere poſſunt. L. in negotiis contrahend. ff. de Reg. jur.* b) *C. ſuper hoc de Renunt.* c) *per text. junct. gloſſ. in C. fin. de ſucceſſ. ab inteſtato.* d) *Gloſſ.* 2. *ſuper Reg. de infirm. reſign. n.* 18. & 19.

§. 13. Prohibentur ſpecialiter *reſignare* infirmi diem à factâ Reſignatione vigeſimum non ſuperviventes juxta Regulam Cancellariæ: *de infirmis reſignantibus*, adeo, ut decedente intra illud tempus ex eâdem infirmitate Beneficiato Beneficium vacet non per Reſignationem, ſed per obitum. Sic etiam habentes Beneficium adhuc litigioſum lite pendente ei renuntiare equidem, at reſignare id non poſſunt, interim de hoc aliisque punctis commodior infra recurret mentio.

§. 14. Præter hos, quibus reſignare ita liberum eſt, ut poſſint Beneficia & retinere, alii ſunt, quêis renuntiandi neceſſitas aut per legem aut per Judicem ita imponitur, ut reſignandi facultas non adimatur. Huc pertinent omnes ii, qui factum tale ponunt, ob quod per ſententiam judicis Beneficio forent privandi, ſeu ad Renuntiationem cogendi, niſi tempeſtivè ipſi renuntiarent, aut reſignarent, ita ſiquis plures parochiales aut unam Cathedralem, alteram Parochialem Eccleſiam obtinuit, unâ tantum Parochiali, vel ſolâ Cathedrali retentâ reliquas intra ſex menſes cogitur dimittere *a*) ſic quoque generatim, qui intendunt ponere tale factum, quo poſito eſſent ipſo jure ſuis privati Beneficiis, his reſignare, antequam factum id ponant, integrum quidem eſt, at facto poſito non niſi famæ ſervandæ gratiâ permittetur.

a) *Conc. Trid. Seſſ.* 24. *de Reform. C.* 17.

§. 15. Ultimò adhuc notandum circa Renuntiationes Epiſcopatuum, & Prælaturarum, Epiſcopali Poteſtate pollentium, quod inter cauſas ad earum Renuntiationem requiſitas notisque illis verſiculis:

Debilis, ignarus, malè conſcius, irregularis,
Quem mala plebs odit, dans ſcandala cedere poſſit.

comprehenſas aliæ ſint, quæ Renuntiationem reddunt neceſſariam, aliæ, quæ reddunt licitam; ſic ratione ſenii vel infirmitatis licet incurabilis ad renuntiandum ne Prælatus Eccleſiæ ſuperior quidem facilè cogitur, ſed ei Coadjutor, vel cum vel ſine ſpe ſucceſſionis datur. A potiori id obtinet in Beneficiatis inferioribus, ſic amenti Beneficium etiam curatum habenti datur vicarius.

§. 16. Porrò cum, quod quis facere poteſt per ſe, poſſit quoque per alium, hinc ſive Prælatus, ſive Beneficiatus inferior, qui poteſt reſignare per ſe, poteſt etiam & ſolet plerumque per procuratorem reſignare, vel inſtrumento publico, vel privatis litteris *a*) at ſpeciali ad id mandato conſtitutum, adeò ut nequidem mandatum cum liberâ ad hunc, ceu maximi momenti actum ſe extendat. *b*) Hic procurator an laicus ſit, an Clericus, & hic an ſæcularis, an regularis (hic tamen non niſi cum licentiâ Superioris) nil refert. *c*) Poteſt conſtitui unus, poſſunt & plures, *d*) iique vel ſinguli in ſolidum, ut quilibet poſſit renuntiare ſolus, vel conjunctim, ut Renuntiatio non valeat niſi conſenſu omnium facta. Quoad hæc uti & alia puncta clarum oportet eſſe mandatum, hujúsque fines procuratori ſtrictiſſimè obſervandi. Plura de hoc puncto fuſiori diſcuſſione digno differere negatum modò eſt mihi intra horarum ſubſecivarum cancellos arctato.

a) *Clem.* 1. *de Procurat.* b) *C. fin. de offic. vicar. in* 6. c) *Gloſſ. in Clement. un. de Renunt.* d) *in d. Clem. un. de Renunt.*

# SECTIO III.

§. 17. Renuntiatio (idem eſt de Reſignatione) ut valeat, fieri debet coram Superiore, ſed quo? non pauci hodie jus eas admittendi Epiſcopis privativè vendicant, eo quod in Juriſdictione Eccleſiaſticâ ordinariâ jus hoc coutineatur, verùm nunquid & jus Beneficia conferendi coutinetur in eâdem Jurisdictione Eccleſiaſticâ ordinariâ? & hoc tamen jus hodie pluribus in Diœceſibus videmus Prælatis aliis inferioribus, & Capitulis competere. Dicet quis: verum id quidem eſſe, at non niſi jure ſpeciali id eis eſſe adquiſitum, ſed ſit ita ſanè, dummodo eodem jure ſpeciali jus Renuntiationes admittendi adquiſitum iis fuiſſe non neget. Profectò ego ſic ſtatuo: nil magis eſt connaturale, quàm actum eo modo diſſolvi, quo modo eſt colligatus, adeóque ejus in manus facienda eſt Beneficii Renuntiatio & Reſignatio, cujus è manibus renuntians accepit Beneficii collationem & inſtitutionem, niſi jure id ſpecialiter prohibeatur. Cum itaque Collatores Epiſcopo inferiores, licet jus illud Beneficia conferendi primitus jure ſpeciali adquiſitum poſſideant, hodie tamen ſint Collatores Beneficiorum ordinarii; Renuntiationum quoque admiſſores erunt ordinarii.

§. 18. Sicut inquam primis XII. Sæculis vi Jurisdictionis Eccleſiaſticæ ordinariæ Epiſcopi ſoli Collatores erant ordinarii, iísque ſolis competebat jus ſacras functiones injungendi, in officiis inſtituendi, ab iis deponendi; ita eo ævo ſoli quoque Cleri ſui Renuntiationes admittebant. Ex eâdem ratione Epiſcoporum Renuntiationes (Reſignationes enim nondum erant notæ) in Concilio provinciali admittebat Metropolita cum Epiſcopis, qui confirmationi adſuerant renuntiantis, *a)* cum ergo Beneficia conferendi & in iis inſtituendi poteſtas aliis Prælatis inferioribus jure ſpeciali e.g. gratioſâ Epiſcoporum conceſſione, Poſſeſſione, Præſcriptione, Pacto, Capitulatione adquiſita, hodie ſit ordinaria, ordinaria quoque eſt eorum poteſtas Renuntiationes admittendi, ſicut turnarii non conferentis negligentiam ſupplendi. Inde eſt, quod plura Capitula à ſuis proviſis exigant juramentum de non reſignando niſi in manus Capituli, tale eſt juramentum Canonicorum illuſtris Collegiatæ Eccleſiæ S. Gereonis, in vim ſtatutorum hoc modo jurantium: *Præbendam meam in Eccleſiâ S. Gereonis non permutabo aut ſucceſſorem in eâdem procurabo nec permuta-*

*tiones ſeu ſucceſſiones aliquas hujuſmodi ibidem ab aliquo fieri conſentiam præter voluntatem & conſenſum totius Capituli Eccleſiæ S. Gereonis.* Et ſi Renuntiationem Beneficii ad Capituli e.g. Collationem pertinentis faceret quis in manus Epiſcopi, hunc illius abſque conſenſu Beneficium alteri conferre non poſſe tradit VALLENSIS. *b)*

a) *Thomaſſ. p. 2. L. 2. C.* 50. *ſeqq.* b) *de Benef. Tit. XVII. n. 7.*

§. 19. Regulæ ſupra §. 17 datæ addidi hanc clauſulam : *niſi ſpecialiter jure prohibeatur conferens & inſtituens Renuntiationes aut Reſignationes admittere*, quamvis enim jure antiquo Epiſcoporum Renuntiationes admittere (Reſignationes tùm notas nondum fuiſſe iterùm moneo) penes Metropolitanos & Synodos provinciales erat, jure tamen novo Decretalium ſeu titulo ſpiritualis Epiſcopum inter & ſuam Eccleſiam Matrimonii non niſi à Supremo Eccleſiæ Capite diſſolubilis *a)* ſeu, utrum malueris, velut aliqua ex cauſis majoribus Renuntiatio Epiſcopatuum & Prælaturarum Imperii immediatarum reſervata eſt Summo Pontifici, eodémque hic jure, ſi Epiſcopus infirmitatis aliâve de causâ officio ſuo fungi ampliùs nequeat, dat illi, (cum adſenſu tamen eorum, ad quos ſpectat Electio) Coadjutorem, quem olim eâdem quâ Renuntiationem Epiſcopi admittebat, poteſtate dabat Metropolitanus in Concilio provinciali, nec in Concordatis aliud, quantùm ſcio, eſt diſpoſitum.

a) *C. 2. X. de Translat. Epiſcop.*

§. 20. Quoad Beneficiorum inferiorum Renuntiationes imò & Reſignationes ex causâ permutationis firma manet ſuperior regula. Eorum Reſignationes in favorem à Pontifice ſolo admitti Concordatis equidem contrarium eſſe argumentis non contemnendis probant WEDEKIND. *in Diſſertat. de eo, quod circa recurſum ad Celſiſſ. Judic. Imperial. Aulic. in Eccleſiaſticis ex Legibus Germaniæ ſpeciatim obtinet*, & citati ab hoc DE RIEGGER *a)* & SCHMIDT. *b)* ſequens prætereà his Reſignationibus opponi ſolet dilemma: vel Reſignationes in favorem, quæ coram Papâ fiunt, juſtæ ſunt, vel injuſtæ? ſi juſtæ, etiam coram Epiſcopo rectè fiunt, ſi injuſtæ, neque Papa illas admittere poterit. Interim tamen non deſunt alii, qui contrarium defendant, atque ut P. SCHRAM non citem, qui Reſignationes in favorem à Papa, *quia ſupra jus eſt*, legitimari *c)* docet, Cl. SCHLOëR Reſignationes in favorem Concordatis adeò ſtabilitas aſſerit *d)* veruntamen, quidquid ſit, de praxi etiam hodiernâ Reſignationes in favorem à ſolo adhuc Pontifice admitti noto notius eſt.

a) *Inſtit. J. E. P. II. p.* 205 b) *Inſtit. J. E. T. II. p.* 30. c) *I. J. E. L. II.* §. 529. d) *Diſceptat. de Reſervat. Benef. ex qualitate vacationis per Reſignationem ad textum Concordatorum.*

§. 21. Non poſſum tamen, quin in tranſitu adhuc obſervem, quàm abſurdè loquantur, qui ſimoniam in ejusmodi Reſignationibus a Papâ purgari, eásque ex ſimoniacis reddi non ſimoniacas fabulantur. Sanè, etiamſi non niſi ſimoniam juris eccleſiaſtici eis ineſſe admitteretur, non video tamen cur ſolus Papa, non Epiſcopi purgare eam poſſent, ſed ſimoniam illam eſſe juris divini ſolidè probat V. ESPEN *a*) qui & ſaniorem aliam rationem ſuggerit illi Patris SCHRAM conſonam, aitque Reſignationes, cum ſint nominationes ſucceſſoris & tendant ad hæreditariam Beneficiorum tranſmiſſionem, adeóque juri communi ſint contrariæ, â Summo Pontifice per diſpenſationem admitti. Quod Eccleſia ſaltem mentis non ſit purgare ſimoniam, & quaſvis promiſcuè Reſignationes admittere; clarè ſatis indicat Conſtitutio PII V. eas, quia vergunt in perniciem Eccleſiæ, ex levi causâ admitti prohibens.

a) *h. t. C.* 2. *n.* 10.

§. 22. Tametſi nunc non niſi renuntiationes *a*) aut reſignationes ex causâ permutationis *b*) admittant Prælati inferiores, eas autem in favorem vel cum reſervatione Penſionis, aut regreſsûs Papa ſolus, in certis tamen caſibus ordinarii quoque vel motu proprio vel ad ſupplicationem Reſignantis penſionem conſtituere poſſunt, e.g. ſi Beneficiatus ſit decrepitæ ætatis, aut infirmus, ſi litem de Beneficio habens conſentienti in penſionem competitori velit reſignare, & dubio planè res caret, ſi penſio erigatur in titulum. Sic etiam poteſt ordinarius Beneficium conferre illi, quem purè renuntians commendavit, dummodo neutro in caſu renuntiatio ſub tali conditione expreſsâ, ſeu cum clauſulâ: *taliter & non aliter*; fuerit facta.

a) *C.* 4. *de Renunt.* b) *C. un. de rerum permut. in* 6. *& Clem. un. eodem.*

§. 23. Ex regulâ ſuperiùs poſita fluit, quod in manus laici, licet is Curiæ eccleſiaſticæ ſit Notarius, vel Patronus Beneficii, renuntiatio fieri non poſſit, unde & ſic renuntians in pœnam eſt Beneficio privandus *a*) quemadmodum Clericus coram Judice laico in causâ etiam merè temporali litigans, ſi hæc ſit criminalis, Beneficium, ſi verò civilis ſit, tunc quod ei adjudicatum fuerit, amittet, vel aliàs luet *b*)... A regulâ generali, quod Renuntiatio & Reſignatio quæcunque debeat fieri coram legitimo Superiore, exceptio præ cæteris notabilis hæc eſt: quod inferiores Beneficiati (ſecus eſt de Epiſcopis) *c*) ad Religionem petitâ tantùm, licet non obtentâ Ordinarii licentiâ tranſire poſſint. *d*)

a) *C. Quod in dubiis.* 8. *h. t. n.* 6. b) *per C.* 12. *de foro compet.* c) *C. niſi* 10. *h. t.* d) *Arg. C. licet* 18. *de Regular. & C. duæ ſunt* 2. *cauſa* 9. *Q.* 2.

# SECTIO IV.

§. 24. Objectum Renuntiationis puræ, de quâ S. Pontifex hoc titulo, primarium ſunt Dignitates & officia ſacra quæcunque, vel ipſe, cujus ſupra memini, ſupremus Pontificatus. Conditionalis hodiernæ ſunt Dignitates & officia tantùm minora, ſecundarium ſunt ipſi reditus iis adnexi, hos itaque, qui nihil juris in Beneficio ceu principali habet, nequaquam, qui juri ſuo renuntiavit, nonniſi factâ fructuum reſervatione adquirere poteſt, quia, qui renuntiat Beneficio ceu principali, renuntiare quoque cenſetur fructibus ceu acceſſorio. Renuntiari autem regulariter poteſt Beneficio cuicunque *a*) excipitur Beneficium, cujus titulo quis ad ſacros ordines eſt promotus, *b*) cujus renuntiationem Superior acceptare prohibetur, niſi vel aliundè Renuntians habeat, quo vivat, vel annua ipſi penſio conſtituatur.

a) *C. 16. & 23. de Regular.* b) *Conc. Trid. Seſſ. 21. de Reform. C. 2.*

§. 25. A Reſignatione excipitur I. Beneficium Patronatûs laici. SCHLOeR *a*) inſuper Beneficia omnia, quæ alternativæ non ſubjacent, ſed quæ omni & quovis menſe vacant Patronis etiam Eccleſiaſticis, ope permutationis vel reſignationis ad Curiam Romanam trahi poſſe negat, huic addit WEDEKIND. *b*) quod, licet Summus Pontifex Beneficiorum Patronatûs Eccleſiaſtici Reſignationes Patrono inconſulto & invito hucuſque acceptet, per hoc tamen neque concordatis, nec Patronis, Collatoribus inferioribus in Eccleſiaſtico Jure, eis quæſito, præjudicare velit, háncque ejus mentem elici putat ex clauſulâ, quam Curialiſtæ Reſignationum Bullis de ſtylo inſerunt: *dummodo ejus Beneficii diſpoſitio hac vice ad nos pertineat*, mihi eorum ſententiam retuliſſe ſufficiat, donec ſuper his, aliíſque punctis hactenus controverſis, Sedi Romanæ cum Patronis eorúmve Protectoribus ſummis Imperantibus conſtet conveniſſe.

a) *Diſſ. de Beneficiis per Reſignationem in Curiâ vacantibus &c.* b) *Diſſ. de eo, quod de Recurſu &c. ſuprà cit. §. VI. in notâ* b)

§. 26. Excipitur II. *Beneficium Familiæ*, quia in eo ſolis illius membris jus quæſitum eſt, quo alterius facto invita privari nequeunt. III. *Beneficium Electivum*, niſi omnium, ad quos ſpectat electio, conſenſus acceſſerit, ſi tamen potior Reſignationis cauſa ſit neceſſitas, vel utilitas, ſuſtinet PIRRHING *a*) ſufficere, ſi major pars conſentiat. IV. *Beneficium Unitum* Monaſterio Religioſorum, vel collegio Clericorum, aut ſeminario adoleſcentum ex eâdem ratione circa Beneficium familiæ adlatâ. Hùc refero Præbendas Parochiis incorporatas, & quêis gaudet Alma Univerſitas noſtra, Præbendas primæ & ſecundæ gratiæ, Et ſi tale Beneficium coram ipſo Summo Pontifice, non factâ unionis mentione quis reſignare in favorem attentaverit, nulla eſt Reſignatio. *b*) V. *Beneficium reſervatum Sedi Romanæ*, quod coram ſolo Pontifice reſignari poteſt juxta conſtitutionem INNOCENTII VIII. VI. *Beneficium Litigioſum*, quod per Reſignationem in alterum transferri nequit, uti res nulla lite pendente, alienari poteſt, quia talis alienatio fieret in præjudicium collitigantis. Si verò huic prætenſum jus ſuum cedere velit, credit PIRRHING *c*) valere Reſignationem, verùm, quia Beneficium per tranſactionem vel compoſitionem abſque canonicâ inſtitutione adquiri non poteſt, *d*) hinc (licet deficiente vel per obitum, vel per ceſſionem ſui juris adverſario alter collitigans præ extraneo ad Beneficium admitti ſoleat *e*) ſtricto tamen jure rectè vult ENGEL *f*) ut collitigans priùs juſtum probet titulum, idque in praxi etiamnum fieri oportere planum eſt, ſi litigantes ſint plures quam duo, & unus litem deſerat.

a) *h. t. n.* 13. b) *Conc. Trid. Seſſ.* 21. *de Reform. C.* 5. *&* *Seſſ.* 23. *C.* 18. c) *h. t. n.* 14. d) *C.* 1. *de R. J. in* 6. e) *juxta Reg. Cancell. de ſurrogandis collitigantibus.* f) *h. t. n.* 4.

# SECTIO V.

§. 27 Prout varia eſt Renuntiatio, varia quoque eſt illius forma. Eſſentialem cujuscunque ſequentia conſtituunt requiſita: I. ut ſit *ſpontanea & libera*; talis non eſt, *A*) quæ fit ab eo, qui quâcunque ex causâ de ſtatu mentis dejectus eſt, unde, ſi e.g. vafer aliquis ſuppoſitâ ejus capiti manu eum interrogans: velletne reſignare? eum annuere faceret coram teſtibus & Notario corrupto deſuper inſtrumentum conficiente; nulla eſſet talis Reſignatio. Eidem requiſito obſtat *B*) Dolus gravis, juxta REBUFF. *a*) talis, qui cadit in prudentem virum, meo autem judicio ex qualitate perſonæ renuntiantis vel plùs vel minùs ſagacis eſt librandus. Si ſit ſubſtantialis & cauſam actui præbuerit, renuntiationem rectè nullam dicit REBUFF. *b*) quia, ſi alios contractus bonæ fidei civiles talis dolus irritet, irritabit à potiori propter malitiam majorem in Beneficialibus. Diſſentit VALLENS. *c*) aſt dum paulo inferiùs ipſe ex PANORMITANO refert, quod dolus conſenſum excludat, hoc ipſo probat, Renuntiationem dolo elicitam defectu conſenſûs ſubſtantiali laborantem in origine ſuâ eſſe nullam, idque confirmat, dum addit neque mentem Superioris eſſe Reſignationes dolo factas admittere, eúmque in finem præſtari juramentum, quod nec fraus nec dolus intervenerit. Dolus autem, quia delictum eſt, non præſumitur, ſed ab allegante eſt probandus per conjecturas & veriſimilia indicia.

a) *Tit. de Reſign. metu extortâ n.* 12. b) *Tit. de Reſign. dolo factâ n.* 4. c) *de Beneficiis Tit. XIV. n.* 1.

§. 28.

§. 28. Libertati obſtat C., injuſta (ut excludatur juſtâ ex causâ à judice illata) vis aut violentia, quæ, quia actum facit abſolutè involuntarium, renuntiationem reddit omni jure invalidam, & renuntians, ſi vim poſſit (uti ex eâdem, quâ dolum, ratione, eodémque modo debet) probare, habet actionem ſpolii, *a*) ídque licet renuntiationi vi extortæ juramentum addiderit, *b*) tum, quia hoc pariter vi extortum præſumitur, tum, quia naturam actûs ſequitur, *c*) cui valoris, quem antè non habuit, nihil tribuit. Quod ſi, qui coactus renuntiavit, poſſeſſionem reapſe amiſerit, etiam factâ modo alteri collatione juvabitur *remedio redintegrandæ poſſeſſionis.* *d*) Quamdiu hanc non recuperavit, nullius effectûs erit facta poſt ſpolium renuntiatio, non præcisè, quia jam liberè & validè in ſe fieri non potuit, ſed quia ſpolio nondum purgato vis in effectu videtur perdurare, ideóque veriſimile non eſt renuntiare liberè, qui ſpoliatus renuntiat. *e*) Siquis verò poſt ſpolium liberè renuntiaret coram judice, aut ſi renuntiationem etiam poſt ſpolium liberè factam eſſe aliter conſtet, valebit renuntiatio, quia in primo caſu autoritas judicis, in ſecundo aperta veritas præſumtionem elidit. *f*)

---

a) *C. ſollicitè 2. de reſtitut. ſpoliat.* b) *eod. cap. ibi: de juramento.* c) *L. ult. C. de non numeratâ pecuniâ.* d) *C. redintegranda 3.* e) *d. C. ſollicitè.* f) *C. acceptâ 3. de reſtit. ſpoliat.*

§. 29. Libertati requiſitæ adverſatur D., metus juſtus (qui, niſi planè in violentiam degeneret: ùt ſi renuntians captus vel detentus à perſonis ſæcularibus cogeretur, quo caſu præter pœnam excommunicationis violento detentori canonibus modo antiquis ſtatutam, renuntiationem ipſo jure nullam declarat Pontifex. *a*)) Actum non facit quidem involuntarium abſolutè, nec proinde ipſo jure nullum, ita tamen vitiat, ut implorato judicis officio facillimè reſcindatur. Dixi: *juſtus*, quâ appellatione non illum volo, quem lex vel judex ex juſtâ causâ incutit, contra hos enim conqueri nemo poteſt, ſed eum, qui potuerit cadere in conſtantem virum *b*) ut excludatur puerilis, aut frivolè confictus, non etiam quilibet abſolutè levis, qui tamen reſpectivè; habitâ nimirum ratione perſonæ, gravis eſſe poſſit. Relinquendum id eſt prudentis judicis arbitrio; qui nec reverentialem ſemper (præcipuè, ſi verbera aut graves minæ præceſſerint *c*) ùt inſufficientem poterit rejicere. Quod ſi allegans metum probaverit, ad reſcindendam renuntiationem licet juramento (cujus tamen abſolutionem antè obtinuerit) confirmatam aget vel actione *quod metûs causâ*, *d*) vel adverſùs quemcunque (licet collatio modò facta fuerit) *remedio recuperandæ.* *e*) Si procuratorem metu inductus conſtituerit, non requiritur mandati illius revocatio, nec procuratori, nec reſignatario intimanda, ſed ſufficit, quod ab illo geſtum eſt, reſcindi, *f*) quia, quidquid is egit, à jure improbatur.

batur. Metu autem (reflecte ad ea, quæ ſupra de vi dixi) purgato valebit renuntiatio.

a) *Clement. C. multorum 2. de pœnis.* b) *C. ad audientiam 4. de his quæ vi metûsve causâ.* c) *FLAMINIUS lib. 13. q. 2. n.166. ſeq.* d) *idem q.2. n. 19.* e) *REBUFF. de reſign. metu extortâ n. 4.* f) *RUINUS Conſ.* 121. *n.* 21. *Volum.* 4.

§. 30. Requiritur II. ut renuntiatio ſit clara vel in verbis, vel in facto, de quo latiùs ſupra §. 5. & *ſeq.* Nam in dubio quis beneficio, ex quo ſuſtentari debet, renuntiare non præſumitur *a)* hinc, qui literas actualem, factam à Pontifice de beneficio proviſionem continentes Epiſcopo vel Capitulo tradit, ipſiúsque gratiæ ſe ſubmittit, non cenſetur renuntiare juri, quod ratione literarum ad beneficium ipſi erat quæſitum *b)* ſi tamen eas renuntiandi animo in manus ſuperioris depoſuerit, eo caſu & literis, & iis, quæ contenta in ipſis ſunt, renuntiare cenſetur. *c)*

a) *C. ſuper hoc* 5. *h. t.* b) *C. ſanè* 7. *h. t.* c) *arg. C.* 4. *cum pridem de pactis.*

§. 31. Requiritur III. conſenſus ſuperioris *a)* cujus? vide ſupra §. 17. & ſeq. Hic conſenſus ſi deficiat, renuntiatio equidem nulla eſt in præjudicium Eccleſiæ vel ſuperioris, *b)* ab illâ enim ſi repetatur, eſt reſtituendus *c)* valet tamen in præjudicium renuntiantis, qui, ſi nemine conſulto Eccleſiam deſeruerit, licet per hoc ſolam poſſeſſionem amiſerit, quippe quæ faciliùs poteſt, *d)* non etiam proprietatem, quia eam dimittere quis nequit ſine conſenſu ſuperioris; hâc tamen privari poteſt, *e)* niſi re adhuc integrâ i. e. priùs quàm autoritas ſuperioris acceſſerit, pœnitentiâ ductus renuntiationem revocaverit, *f)* hæc autem exceptio locum non habet, ſi in manus laici renuntiaverit. *g)* Si præterea talis reſignans alteri poſſeſſionem tradere attentaverit, ſtatim ad modum Emphyteutæ abſque Domini conſenſu rem emphyteuticam alienantis excidet jure ſuo, ídque, licet reſignationi appoſuiſſet clauſulam: *ſub beneplacito ſuperioris, non aliàs* &c. Quia tali clauſulæ factum ipſum contrariatur. *h)* Nec reſignatarius beneficii ita reſignati poſſeſſionem capere poteſt antè, quàm ſuperioris conſenſus intervenerit, quia eò uſque titulum non habet canonicum. *i)*

a) *C.* 4. *h. t.* b) *C. fin. h. t.* c) *Arg. Can. non oportet* 7. *q.* 1. d) *L.* 1. *ff. de acquirend. hæred.* e) *GARCIAS in C. mulier* 3. *causâ* 33. *q.* 5. *n.* 219. f) *Arg. L.* 3. & 5. *ff. de ceſſione bonorum.* g) *C.* 8. *h. t.* h) *VALLENSIS de Beneficiis Tit. XVII. n.* 9. i) *FLAMINIUS Lib.* 7. *q.* 1. *n.* 44. citans *Jo. Andr. BOY in Cap. in literis de reſtitut. ſpoliat.* & *alios.*

§. 32. Quæ de conſenſu ſuperioris requiſito dixi, ceſſant 1. in Summo Pontifice, qui propriâ autoritate renuntiat, cujus rationem dedi ſupra §. 10. 2. Si renuntians jus plenum in beneficio necdum habeat, ut electi necdum confirmati, præſentati necdum inſtituti, habentes literas apoſtolicas ad beneficium vacans vel vacaturum, quibus adcenſeri poſſunt Preciſtæ. Ratio eſt, tum quia talis renuntiatio non vertitur in præjudicium ſuperioris aut Eccleſiæ, tum quia faciliùs tollitur jus adquirendum, quàm adquiſitum. *a*) 3. Qui habent jus litigioſum, poſſunt (modò anteà non fuerint in quietâ poſſeſſione) litem ſuperiore inſcio deſerere, de quo latiùs ſupra §. 26. ceſſat 4. in beneficiato inferiore ad religionem tranſeunte, cujus tamen beneficium non vacat, niſi emiſsâ profeſſione, id quod DD. extendunt ad caſum, quo quis intuitu ingreſsûs renuntiavit. *b*)

a) *L. ſi ſponſus §. ſi maritus ff. de donat. inter virum & uxorem.* b) *juxta text. C. T. Seſſ. 25. de Regular. C.* 16.

§. 33. Requiritur IV. juſta cauſa & quidem ad renuntiationes Epiſcopatuum ac ſimilium Dignitatum una ex ſex aſſignatis *a*) quas inter primam *cit. Cap.* INNOCENTIUS nominat *Conſcientiam criminis*, non cujuslibet, quia (rationem dat ipſe Pontifex) ſi omnes, quos arguit conſcientia cujuslibet culpæ, cederent, pauci vel nulli in illo miniſterio remanerent, ſed illius duntaxat, propter quod peractâ pœnitentiâ officii exercitium impeditur, cujusmodi ſunt: homicidium, ſimonia, aliáque, quæ infamiam ipſo jure irrogant, ſi Epiſcopus in judicio convictus fuerit. *b*) Secunda eſt *debilitas corporis* non iterum qualiſcunque, ſed ea, quæ vel ex morbo vel ſenio orta Prælatum reddit impotentem ad exequendum munus paſtorale. *c*) Tertia eſt *defectus* ſcientiæ eorum, quæ ad regimen Eccleſiæ & muneris exercitium ſunt neceſſaria. *d*) Quarta *malitia plebis*, ſi enim univerſus populus adeo duræ cervicis ſit, ut Epiſcopus videat ſe nihil proficere, ad quid maneat in Epiſcopatu? *e*) Quinta *ſcandalum* tam grave, quàm puſillorum non aliter niſi ceſſione Epiſcopi evitabile *f*) nequaquam autem ſcandalum phariſaicum. Sexta *irregularitas* utpote impedimentum canonicum, prohibens tum perſonæ defectu quodam laborantis, ad ſacros ordines promotionem, tum eorum, ſi ſit promota, exercitium. Si verò irregularitas illa facilè ſit diſpenſabilis, ut: ſi ex occulto natalium defectu, imò ſi juxta LAYMAN ex homicidio occulto orta ſit, Epiſcopo aliàs laudatæ vitæ non eſt cauſa neceſſaria renuntiationis. *g*) Harum cauſarum aliqua (ne tamen à Pontifice alias excludente quamlibet æquè gravem excluſam putes) adhuc hodie ad Epiſcoporum renuntiationes requiritur. Ad beneficiorum inferiorum renuntiationes etiam quidem cauſam aliquam requirit PIUS V. in Bullâ: *Quanta Eccleſiæ Dei*; aſt hæc teſte ZYPÆO *h*) vel non eſt recepta, vel contrariâ conſuetudine certè abrogata, nàmque & ordinarii renuntiationes ſine cauſæ mentione factas admittunt, & Romæ pariter probantur.

a) *C. niſi cum pridem.* 10. *h. t.* b) *Arg. C. fin. de Tempor. ordinat.* c) *d. C.* 10. §. 3. d) *eod. C.* §. 4. e) *d. c.* §. 5. f) *eod.* §. 6. g) *d. C.* §. *Perſonæ.* h) *in Analyſ. Jur. Pont. h. t. n.* 1.

§. 34. Requiritur V., ut, ſi renuntians titulo illius beneficii ad ſacros ordines ſit promotus, hujus mentionem faciat, & quod commodam aliunde habeat ſuſtentationem, aliter factam renuntiationem nullam declarari à Synodo Tridentinâ jam *ſuperiùs* monui.

§.35. Præter prætacta quinque generalia cujuslibet renuntiationis requiſita ad reſignationem in ſpecie requiritur VI., ut, ſi reſignans ſit infirmus (non infirmitate animi, nec ſolius ſenectutis, ſed propriâ corporis *a*) licet levi) à die conſensûs ſui ſeu admiſſæ reſignationis excluſivè *b*) ſupervivat dies viginti, ſive reſignet coram S. Pontifice, ſive causâ permutationis aut adjectis precibus ac recommendatione certæ perſonæ renuntiet coram ordinario. *c*) Quod ſi intra illud tempus de ipsâ infirmitate deceſſerit, beneficium vacabit per obitum. Sed, erítne tum S. Pontifici, ſi in Curiâ Romanâ facta ſit reſignatio, reſervatum ? diſcrepant Autores, affirmant FLAMINIUS, VALLENSIS, aliíque. Negant GARCIAS, ESPEN, ENGEL, rationem negativæ in eo conſtituentes, quod Regula hæc condita ſit in favorem ordinariorum, cui accedit, quod beneficium vacans per obitum ita vacet, quaſi nunquam facta fuiſſet reſignatio, atqui tum recidit ad manus ordinariorum, ergo. Argumenta in contrarium apud citatos Autores ſoluta reperies.

a) REBUFFUS *in hanc regulam.* b) *idem in verba: à die per ipſum reſignantem præſtandi conſenſus.* c) SARNENSIS *ad Reg. Cancell. q.* 2. *proœmiali, cui adſtipulantur* ENGEL, REBUFF., *aliique.*

§. 36. Sed, cum ex communi tam antiquorum, quàm recentiorum ſententiâ hæc regula in favorem ordinariorum ſit condita, num poſſit etiam Summus Pontifex illi derogare ? volunt REBUFFUS *a*) ZYPÆUS *b*) GIGAS *c*) VALLENSIS *d*) & antiqui communiter ratione ſummæ & plenæ ipſius in beneficia poteſtatis. Diſſentiunt recentiores multi, è quibus WEDEKIND *e*) tam ſimplicem hujus regulæ derogationem, per clauſulam: *non obſtante regulâ Cancellariæ de viginti*, quàm antedatationem ; quâ data rejiciatur in diem anteriorem, ut hâc ratione dies viginti emergant, planè improbat, & inferiùs notâ b. exempla adducit, quêis proviſi ab ordinario contra antedatatam reſignationem ab Imperatore ſunt manutenti. Quid judicandum?

a) *In hanc Reg.* b) *de jure Pont. novo h. t. n.* 3. c) *de Penſionibus. Reſponſ.* 34. *n.* 5. d) *in jure Canon. h. t. §. fin.* e) *Diſſert. de recurſ. ad judicium Imper. Aul.* §. 8.

§. 37. Quoniam celatâ reſignatione reſignantem ſæpè in poſſeſſione beneficii & fructuum perceptione manſiſſe compertum fuit, hinc fraudi huic obviaturi Pontifices editâ novâ conſtitutione requirunt VIII., ut omnes reſignationes in Curiâ Romanâ factæ intra ſex menſes à die Supplicationis oblatæ computandos, extra curiam coram ordinariis factæ intra menſem in loco beneficii ſiti publicentur, quâ *publicatione omiſſâ nec petitâ ab iis, ad quos dare pertinet, poſſeſſione, ſi reſignans lapſo tempore in beneficii poſſeſſione deceſſerit,* tribus his extantibus a) beneficium hujuſmodi non per reſignationem, ſed per obitum vacare cenſeatur, collationes quoque & quævis aliæ diſpoſitiones de illo tanquam per reſignationem vacante factæ & inde ſecuta nullius ſint roboris & momenti. Plura de hac utì & præcedente Regulâ videre licet apud Autores ſpeciatim de Regulis Cancellariæ tractantes, in ſpecie apud V. ESPEN.

---

a) ESPEN *C. VII. de publicandis reſignationibus n. 20.*

§. 38. Cum porro, uti teſtatur Epiſcopus Thomas à ROSA. *a)* Beneficia quandoque conferebantur minùs idoneis, quod alienum debet eſſe ab Eccleſiâ Dei & à Miniſtris Chriſti Domini noſtri, qui eſt caput Eccleſiæ, ideo Clemens XI. ordinavit Parochias, Dignitates, Canonicatus, cæteráque beneficia reſidentialia coram ſe reſignari non poſſe abſque teſtimonio idoneitatis à proprio Epiſcopo impetrati. Et hanc quoque ſaluberrimam adversùs conſtitutionem admitti ſæpiùs Reſignationes ſine teſtimonio idoneitatis queritur WEDEKIND *b)* At nunquid etiam ſæpe ſæpiùs impetrato per amicos aliísve modis illicitis hoc teſtimonio; miniſtros minùs dignos videmus promoveri; repelli econtra illo denegato maximè idoneos? Quis in hoc culpandus?

---

a) *Lib. de Executoribus lit. apoſtolic. p. 1. C. 2. n. 87.* b) *Diſſ. ſæpè cit. §. 9.*

# SECTIO VI.

§. 39. Renuntiationis puræ, ſuis formatæ requiſitis, effectus ſunt: I. Renuntiatio pura à Superiore admiſſa inducit vacationem Beneficii, ita ut Renuntians in illo jus omne amittat, quamdiu verò admiſſa non eſt, nullum prorſus effectum, ne poſſeſſionis quidem (niſi in pœnam ſi animo deſerendi facta ſit) vacationem producit, & facilè revocari poteſt, aſt eâ ſemel admiſſâ locus non eſt pœnitentiæ, *a)* & ſi renuntians cedere nolit, cogi poteſt, *b)* non tamen ideo prohibetur, quominùs idem jus novâ collatione acquirere poſſit, *c)* niſi crimine aliquo inhabilem ſe feciſſet. *d)* Ex primo hoc effectu ſequitur II. quod renuntians non poſſit ampliùs fructus Beneficii percipere, niſi quos antea eſt lucratus; lucratus autem eſt naturales perceptos, ſeu à ſolo ſeparatos uſque in diem renuntiationis, idque, tametſi hi fructus venirent è prædiis, erga annuum cenſum elocatis, & locarium nondum eſſet ſolutum, ſufficit enim fructus, quorum intuitu illud ſolvitur, eſſe ſeparatos,

& quod per conductorem perceptum eſt, perceptum cenſetur per ipſum Beneficiatum.

a) *C.* 3. *&* 6. *h. t.* b) *C.* 12. *h. t.* c) *C.* 2. *eodem* d) *C.* 11. *eod.*

ne? volunt Cognitionem ad
judices laicos pertinere.

Ad Posit. XXX

Der praxis herzoglich Bergischen
Territorii ist bey diesem Satze
weltkündig — Clericus Montensis
disponirt de patrimonialibus
immobilibus nulliter — er ist
simpliciter inhabilis — der
Consensus Principis wird
zur gültigkeit erfodert —
warum will dan die position
angefochten werden?

Ad Posit. XXXII.

Sub *Voce* Ehesachen non comprehendi Causas ~~Sponsalium~~ Sponsalitias – ist nicht allein in Thesi zu bezweiflen, sondern es ist so gar der Landsherr befugt durch ein Sponsalien Gesetz alle Causas Sponsalitias den weltlichen Richtern zu unterwerfen, denn der Contractus Sponsalitius ist der wesenheit nach *mere Civilis* – in Bayern sind alle Causæ Sponsalitiæ denen weltlichen richtern durch ein territorial=gesetz unterworfen, warum soll der ponens nicht einmahl ~~be~~ zweiflen können daß die Causæ Sponsalitiæ nicht eben Ecclesiasticæ seyn, wie die *Causæ Matrimoniales*? oder vermeint vielleicht der H. Verfasser, daß jenes Anathem des Concilii Trid. Sess. 25. welches *de Causis Matrimonialibus* redet, auch *de Sponsalibus* zu verstehen seye?

Ad Posit. 37. 38. 39.

ob ein forensis in testando beobachten müsse solennitates lo *Sui* territorii ist unter den Rechtsgelehrten eine strittige frage: welche dem ponenti wohl erlaubt seyn wird auch von der *geistlichen* affirmative zu defendiren. – der Dominus

5) territorialis ist nicht verpflichtet solches testament als gültig zu erkennen, welches nicht mit den ~~mit~~ erforderlichen feÿerlichkeiten seines Gesetzes versehen ist.

daß aber ~~Richter in de~~ geistliche Richter in decidendo, leges territoriales befolgen müße ist ebenfalls gegründet, denn alle testamenta ~~derge~~ deren geistlichen ad Causas profanas sind den territorial gesätzen unterworfen, und kein einziger teütscher Canonist kan aufgezeiget werden, welcher das Gegentheil behauptet-

die gegenseithige Meinung ist ad dissolvendam Concordiam Sacerdotii et Imperii nata.

---

ob der Herzog zu Ahremberg jus Confirmandi testamenta Pastorum habe quoad suum territorium? ist gewiß, daß alle testamenta in Originali deren pastoren in dem herzoglichen Archiv der Regierung aufbehalten werden, und wird eine Copeÿ dem Erzbischöflichen ~~Fiscal~~ Official auch ad Confirmandum vorgeleget-

es hat also der ponens nicht excludiret das jus Dioecesanum -

nur hätte der ponens sich näher zu erklären mögen.

Ad Posit. 40. et. 41.

daß das Asylum nicht ex jure divino Vet. Test. herrühre sondern bloß ex Concessione principis hat der Riegger so evidenter erwiesen, daß keiner imstand seyn wird seine gründen zu widerlegen — Es ist aber zu bedauern, daß unsere Katholiken ein jus divinum in unsern geistlichen Dingen behaupten wollen, welches in allen ~~[illegible]~~ aufgeklärten Academien Deutschlands widersprochen wird. Nur wird hierdurch die Catholische Kirch zum Spott der protestanten ausgesetzt — jus divinum muß certum seyn; ein oder anderer dummer Kopf unter den Katholiken wird wohl noch kein jus divinum einführen können.

Ad Posit. 42. 43. et 45.

solches fließen ~~[illegible]~~ sonnenklar aus dem einmahl angenommenen gewissen Satz — Asylum ex sola Concessione Imperantis dependet — man sehe hierüber

Hahn Diss. de jure Asyli in Tom. V. Thes. J. E. Germ.

welche auf der Erzbischöflichen Academie zu Mayntz vertheidiget worden.

Ad Posit. 44.

dem ~~[illegible]~~ Verfasser dieser Anmerkungen und gedanken wird der ponens gar leicht antworten können mit den

worten

worden P. 86 gelehrten

De Riegger P. 3. Tit. de Immunit. Eccles.

Si asylum læsum fuerit, ecclesia à Principe satisfactionem petere poterit contra Violatores —

dem Verfasster scheint gänzlich unbekannt zu seyn, was unter Pabst Clemens XIII. in Causâ Excommunicationis contra Ducem Parmensem sich ereignet, welche Excommunication Clemens XIV. cassiret —

Ad Posit. 46. über diese und vorgehende position verdienet nachgesehen zu werden Diss. de vero et genuino statu hodierno asyli in welcher hinlänglich gründe darüber angeführet werden.

Ad Posit. 48. diese ist in der Diss. de jure patronatus laico &c. welche dahier in Bonn zum Vorschein kommen zu genügen ausgelegt und erwiesen.

Übrigens scheint der Verfasster sich mit den neuesten juristischen Schriften unsers katholischen Deutschlandes nicht bekannt zu machen, sonst würde selbiger bey seinen alten Systema über das Kirchenrecht viele Verbesserungen angetroffen haben.

Dimissoriales Clementissimæ pro Protectorio Cæsareo

Seine Kurfürstliche Gnaden M.F. unser gnädigster Herr ~~haben~~ ~~gern und~~ gestatten ggst., daß Höchstdero geistlicher Rath und Professor des geistlichen rechts Ph. Hedderich an Ihre allerhöchst Kaiserliche Majestät / den recurs nehmen, und von allerhöchst denselben in gemäßheit der im Jahr 1770 Monats october geruheten Erklärung in allerhöchsten Schutz wider alle demselben zu befürchtende Zudringlichkeiten aufgenommen, und gehandhabet werden könne. urkund gnädigsten Handzeichens etc.

Bonn den 18ten Jenner 1784.

Hochwürdigster Erzbischof
gnädigster Kurfürst
und Herr!

Seine allerhöchst Kaiserliche Majestät sind geneigt mir wegen der obwalten Mißlen ein allergnädigstes Protectorium zu ertheilen, wenn Euer Kurfürstliche Gnaden Höchstdero-selben Einwilligung und gnädigst Erlaubniß mit bezug auf die im Jahr 1770 im Monat october denen drey geistliche Kurfürsten allerhöchst kaiserlichen ertheilten Entschließung mir zu ertheilen gnädigst geruheten.

Durch solchene protectorium gereichet nicht allein zur Beförderung und Ansehen Höchstderoselben Academie, sondern Euer Kurfürstliche Gnaden sind wegen denen zu befürchtenden ferneren Zudringlichkeiten in der Zukunft entübriget.

Ich bitte daher Euer Kurfürstliche Gnaden unterthänigst, höchstdieselbe geruhen mildest, obgemelte gebettene Einwilligung nach dem beygehenden unzielsetzlichen Entwurff gst ausfertigen zu laßen.

Darüber
Euer Erzbischöflichen und Kurfürstlichen Gnaden
unterthänigst treu gehorsamster diener
L. Hedderich.

An den H. Fiscus Wünsch
zu Cölln.

Nomine Excellentissimi

Hochwürdiger
wohlgebohrner Herr!

Man hat zuverläßig vernommen, daß zu Cölln ehester tagen ein neues werkgen unter dem Titulo anonymo: Josephi à Meditestinis Animadversiones in Diatriben de ~~testaten~~ testamenti factione Clerici Coloniensis, ~~etc~~ et Epistolam Criticam in hanc Diatriben etc. gedruckt zum vorschein kommen werde.

Ew. Hochwürden wird ~~zweif~~ ohne zweifel bekannt seyn, daß so wohl in denen allgemeinen Kirchen- und Reichsgesetzen als auch sonderbaren Erzbischöflichen gnädigsten Verordnungen ausdrücklich verbotten seye, daß kein werk zum druck befördert werden solle, es seye dann, daß der Name des Verfassers, der wahre druckort, ~~w~~ wie auch die licentia Episcopi vorgesetzt ~~werde~~ seyen.

und verkauft

und des druckers nah

~~Als haben dieselbe an~~

Ew. Hochwürden haben daher aus sonderbarem gnädigsten befehl auf gemelte ~~schrift~~ anonymische schriften ~~[illegible]~~ zu reflectiren, ~~damit die~~ und solche verfügungen zu veranstalten, damit die herauskommende Exemplaria confiscirt, ~~und~~ die verkäufer

Sr. Kurfürstl. gnaden

so wohl, als auch die ~~villeicht~~
~~ausfindig~~ durch inquisition
ausfindig zu machende Drückeren
und Verfasseren zur schärfsten
Ahndung gezogen werden.
Ich ~~bleib~~ bin indessen in aller
Hochachtung

Eur Hochwürden

Bonn d 15. Aug. 1782

37

## Pro-Memoria.

Dorben erhalte ich Nachricht,
daß zu Cöllen dieser tagen
ein neues werkgen unter dem
titulo Anymo: Josephi à Meßkirch
Animadversiones in Diatriben
de testamenti factione Clerici
et de Epistolam Criticam etc.
herauskommen werde. durch
diese schrift werden zweifels ohne
mehrere aufsehen erweckt.

Da nun in den Erzbischöflichen
so wohl als denen Reichsgesetzen
versehen ist, daß der Name,
des wahren Druckers, und die
Censura oder Licentia ordinarii
einem jeden buch vorgesetzt
werden müsse, anbey denen
druckeren verboten, keine dergleichen
werk zum druck zu befördern,

als stelle ich Ew. Hochreichsgräfl.
Excellence unterthänigst anheim
ob nicht dem H. Fisco wünsch
der gnädigste auftrag zu
ertheilen seyn wäre, um gemelte
anonymische schrift aus vorgehenden
ursachen in der geburt zu ersticken
und die herauskommende exemplaria
zu confisciren.

# JOSEPHI DE MEDIASTINIS CENSURA DIATRIBES JURIS ECCLESIASTICI SPECIALISSIMI

DE

## *TESTAMENTI FACTIONE CLERICI COLONIENSIS, ILLIUSQUE FORMA.*

NEC NON

## EPISTOLÆ CRITICÆ

*IN*

*NUPERAM DE TESTAMENTI FACTIONE DIATRIBEN.*

---

*FRANCOFURTI.*
1782.

— — — *Motos præſtat componere fluctus.*

Virgil.

## §. I.

Orta nuperrimè eſt controverſia de genuino ſenſu, atque intellectu Decretorum Synodalium Diœceſis Colonienſis *Part. II. Tit. XIII. Cap.* 3. §. 1. quo cavetur: „ Archiepiſcopali quidem privilegio Venerabili Clero „ Noſtro in & extra Civitatem Noſtram Colonienſem teſtamenta condere, & de redditibus etiam beneficiorum absque ſolemnitatibus à jure „ civili requiſitis validè & licitè diſponere permittitur; inhærendo tamen Canonicis Sanctionibus, Deceſſorúmque Noſtrorum Statutis & „ Ordinationibus, volumus, ut omnes Eccleſiaſtici Civitatis & Diœceſis „ Noſtræ Colonienſis teſtamenta ſua in præſentiâ Notarii vel Paſtoris, „ duorúmque ad minùs teſtium condant, vel in ſcriptis voluntatem ſuam „ propriâ manu ſubſcriptam, ſignatam, & occluſam Notario vel Paſtori „ coram duobus teſtibus exhibeant, & in chartâ hujusmodi contineri ultimam ſuam voluntatem declarent. Notarius verò aut Paſtor in dorſo „ chartæ hunc actum ſcribat & ſubſignet: diſpoſitiones aliter factas nullas & invalidas: legata tamen ad pias cauſas propriâ teſtatoris manu „ ſcripta vel ſubſcripta ſine Notario & teſtibus ſubſiſtere declaramus."

## §. II.

Ad dilucidandum, illuſtrandum, atque explanandum adductum textum D. LIBERTO JOSEPHO SCHMITZ Juris utriusque Auditori, ſeu potius, qui jam latitare mavult, noto Profeſſori Bonnenſi, Reverendo Patri PHILIPPO HEDDERICH placuit, ſpecialiorem *Diatriben Juris Eccleſiaſtici ſpecialiſſimi de Teſtamenti factione Clerici Colonienſis*, illiúsque *formâ* conſarcinare, ac potiſſimum duas eruere concluſiones, alteram videlicet, quod teſtamentum Clerici Colonienſis conditum jure Juſtinianæo coram ſeptem teſtibus fide dignis, quin interveniat perſona publica Notarii vel Paſtoris, invalidum ſit, atque alteram, quod ad validitatem teſtamenti requiratur, ut coram Parocho proprio erigatur.

## §. III.

Ambæ omnem perſonati D. THEODORI LILIENDAHL Paſtoris in Roth bilem ita irritarunt, ut excandeſcens *Epiſtolam criticam in nuperam de teſtamenti factione Diatriben* daret, & non tantùm ipſam rem aggrederetur, ſed & in Bonnenſem Profeſſorem inveheretur, literatóque eum criminaretur orbi.

## §. IV.

Interim neuter ſatisfacere mihi videtur. Id quod jam expromere juvat.

## §. V.

Juris utriusque Auditor primum aſſertum ſuum probando plenè probavit, ſe Dupondium (*a*) exiſtere, Cathedrámque ſine bireto ſeu bruno,

ſeu

---

(*a*) CALVINUS *in Lex. jurid. verb. Dupondii* ædnotat: „ Dupondii juvenes,
„ ſtudiis tantùm initiati, infimæ claſſis auditores in ſcholis noſtris, à
„ Dupondio nummo, quaſi duobus aſſibus æſtimarentur, ſeu à pon-
„ dere Dupondio: quod & Stater dicitur & Tetrachmon. Sunt enim
„ modici adhuc valoris. Sic Hieronymus adverſus Helvidium. Quis
„ te oro Dupondii ſupputat? Et in Epiſtola Senecæ Dupondio ſatur,
„ id eſt perexiguo ſumpta. Iſti vulgò pupilli dicuntur, quemadmo-
„ dum rudes Chriſtianiſmi, parvuli & infantes appellantur. Sed id
„ vocabulum Juſtinian. in prooem. Pandect. §. & primo quidem anno,
„ rejecit, pro Dupondiis Juſtinianeos novos nuncupandos cenſens
„ Spieg. & Dupondios juris auditores primo anno vocatos Juſtinian.
„ in Epiſt. Pandectis præpoſita ſcribit."

ſeu rubro (*b*) aſcendiſſe. Quid enim ſibi hæc: „ Quanquam enim in „ Comitiis Imperii Coloniæ anno 1512 celebratis, & Receſſu condito. §. „ **Von Teſtamenten**: pro Imperio quoad teſtamenta receptum ſit jus „ Juſtinianæum; hoc tamen ad teſtamenta Cleri Colonienſis, quoad bona „ Clericalia non extenditur. Ratio eſt, quia Legislator Colonienſis Ca- „ nonicus *præcisè* requirit præſentiam Notarii vel Paſtoris, & quidem „ ſub pœnâ nullitatis, non quidem ut major & exactior probatio fieret „ ultimarum voluntatum, ſed ut teſtamenta Clericorum de bonis Cleri- „ calibus fierent coram perſonâ publicâ ex legibus ad actum teſtandi qua- „ lificatâ, quæ non poteſt ſuppleri per *mille teſtes*, niſi lex expreſsè „ permittat; etenim teſtibus quantocunque numero adhibitis non verifi- „ catur actum fieri coram Notario vel Parocho, quod tamen lex requirit „ ſub pœnâ nullitatis, & non approbandorum inſtrumentorum." Egregia me Hercule dialexis. Conſtitutio Imperatoris MAXIMILIANI I. ſeu **Römiſcher königlicher Majeſtät Ordnung zu Unterrichtung der offen-Notarien** in Comitiis Colonienſibus anno MDXII. (*c*) & quidem (ut MOLLERUS (*d*) obſervat) conſentientibus omnibus Imperii ordinibus, tam eccleſiaſticis, quàm ſecularibus promulgata, & ſynodalia MAXIMILIANI HENRICI Archiepiſcopi Colonienſis Decreta anno MDCLXII. ſunt condita, queis Clero in & extra civitatem teſtamenta condere, & de reditibus etiam beneficiorum absque ſolennitatibus à Jure civili requiſitis validè & licitè diſponere permittitur, ita tamen, ut Eccleſiaſtici Civitatis & Diœceſis Colonienſis teſtamenta ſua in præſentiâ Notarii, vel Parochi, duorúmque ad minus teſtium condant. Ergo Diſpoſitio Imperialis ad teſtamenta Cleri Colonienſis quoad bona Clericalia non extenditur. Aſt quâ de cauſsâ? Dum Archiepiſcopus Clero de reditibus etiam beneficiorum absque ſolennitatibus à Jure civili requiſitis diſponere permiſit,

---

(b) LEIBNITIUS *Script. Brunswic. Tom. II. Introduct. pag. 45.* refert: Promotionem celebratam Erfordiæ, ubi Doctori Juris Canonici *biretum brunum* imponitur, Doctori Juris Civilis *rubrum*.

(c) *Part. II. §. VII.*

(d) *Semeſt. Lib. III. Cap. 14.*

miſit, ita tamen, ut teſtamentum in præſentiâ Notarii, vel Paſtoris, duorúmque ad minus teſtium conderetnr, an tum prohibuit, ne Clericus ſecundùm Leges Imperii teſtetur? An generalem Imperii conſtitutionem abrogavit, delevit, expunxit, irritámque reddidit?

## §. VI.

Conſtat Clericos olim de propriis teſtari potuiſſe, ſed ſecundùm Leges teſtari debuiſſe, prout JUSTINIANUS (e) diſertè ſtatuit, „ *Presbyteros autem & Diaconos & Subdiaconos, Cantores & Electores, quos omnes Clericos appellamus, res quolibet modo ad eorum dominium venientes habere ſub ſuâ poteſtate præcipimus, ad ſimilitudinem caſtrenſium peculiorum, & donare ſecundùm Leges, & in his teſtari, licet ſub parentum ſint poteſtate.*" Etſi jam Jus Canonicum multa ex ſolemnibus Juris Civilis remiſerit, ac ſtatuerit valere teſtamenta, quæ facta ſint coram Parocho & duobus aut tribus teſtibus, num idcirco Leges civiles antiquavit, & teſtamenta Legibus civilibus conformia reddidit irrita?

## §. VII.

Opponet (ſcio modo) Juris utriusque Auditor ALEXANDRUM III. (f) Hoſtienſi Epiſcopo reſcribentem: „ Cum eſſes in noſtrâ præſentiâ conſtitutus, propoſuiſti talem in tuo Epiſcopatu conſuetudinem obtinere, quod teſtamenta, quæ fiunt in ultimâ voluntate, penitus reſcindantur, niſi cum ſubſcriptione ſeptem vel quinque teſtium fiant, ſecundùm quod Leges humanæ decernunt. Quia verò à divinâ Lege & ſanctorum Patrum inſtitutis, & à generali Eccleſiæ conſuetudine id noſcitur eſſe alienum, cùm ſcriptum ſit, *in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum:* præſcriptam conſuetudinem improbamus, & teſtamenta, quæ parochiani coram Presbytero ſuo, & tribus vel duabus aliis perſonis idoneis in extremâ fecerint voluntate, firma decernimus permanere ſub interminatione anathematis prohibentes, ne quis hujusmodi audeat reſcindere teſtamenta." Verùm audi mi bone Juris utriusque Auditor, audi Salmanticenſis Academiæ Profeſſorem GONZALEZ TELLEZ (g) legentem: „Nec Alexander in præſenti Leges humanas majorem numerum teſtium in teſtamentis, & aliis ſimilibus actibus deſiderantes; quæ apud omnes ferè gentes obſervantur, eſſe Juri divino contrarias docet; tantùm enim Alexander hìc intendit improbare conſuetudinem illam, quæ in Vellitrenſi Diœceſi Romanæ Eccleſiæ in temporalibus ſubjecta (ubi Jus Canonicum principaliter erat obſervandum) adversùs generales regulas ſacrorum Canonum erat introducta; illa enim verba *à divinâ Lege* profert Alexander III. quaſi dicat, ideo conſuetudinem, de quâ in præſenti, non eſſe obſervandam, quia erat aliena à Lege divina per SS. Patres ſtatuta, & generalem Eccleſiæ conſuetudinem receptam; non verò quia eſſet contra præceptum divinum introducta: docuit Cæſar *de Eccleſ. Hierarch. Diſputat.* 1. §. 4. *num.* 11. Licèt enim juxta Jus naturale divinum ſufficiens ſit ad probationem duorum, vel trium teſtimonium? Non tamen Jus divinum ſtabilire intendit tanquàm neceſſariò certum, nec ita ut cenſeat plures non poſſe requiri in nonnullis cauſis. Quare niſi hominum malitia nimium exceſceret, duorum vel trium abundaret teſtimonium, ſed poſtquam labefactari cœpit humana fides, receptum fuit, ejusdem Legis naturæ ſuggerente ratione, ut teſtimonia firmiora requirantur." Audi pariter Dilinganæ Academiæ Profeſſorem emeritum ERNRICUM PIRHING legentem: (h) „Teſtamentum factum coram duobus teſtibus & Parocho validum eſt de Jure Canonico, ſive ad cauſas pias, ſive profanas: idque certum eſt, loquendo de locis, temporali jurisdictioni Romani Pontificis ſubjectis, ut ex communi Doctorum tradit Clarus §. *Teſtamentum. q.* 57. *n.* 2. Neque verò per hanc conſtitutionem decretalem univerſim ſublatæ, & reprobatæ ſunt ſolennitates ad teſtamentum requiſitæ de

---

(e) Novell. 123. Cap. 19.

(f) Cap. 10. X. de Teſtament.

---

(g) *In Comment. in Cap.* 10. X. *de Teſtament.*

(h) *Jur. Canon. Lib. III. Tit. XXVI. Sect. I.* §. 2. *num.* 8.

„ Jure civili, quia adhuc ſervandæ ſunt in foro ſæculari & terris Imperii: cum enim non agatur de causâ ſpirituali, nec ſubſit peccatum, Jus civile in ſuo foro obſervandum eſt: præſertim cum hæ ſolennitates teſtamentariæ inventæ ſint ad vitandas fraudes, & excludendam omnem ſubornationem, quæ in teſtamentis ſæpè intervenire ſolent, *Covarr. in Tit. de Teſtament. in c. Cum eſſes. num.* 3. & 12. Quare cum S. Pontifex in hoc cap. dicit, alienum eſſe à divinâ Lege, & Ss. Patrum inſtitutis, & generali Eccleſiæ conſuetudine, ut invalida ſint teſtamenta, quæ ſine ſeptem vel quinque teſtibus fiunt; non vult dicere, id eſſe contra Legem divinam, cum neque Lex divina, neque Ss. PP., neque generalis Eccleſiæ conſuetudo id fieri prohibeant; ſed voluit dicere eſſe alienum, id eſt, præter Legem divinam, quia plures teſtes requiruntur, quam Lex divina requirat, eíque non conforme, etſi non ſit poſitivè difforme, ſive contrarium. Neque etiam improbat illam conſuetudinem, tanquam ipſo jure invalidam, ſed ſolùm abrogat, quamvis præſcriptam, ut impoſterum non ſervetur in terris temporali jurisdictioni Romani Pontificis ſubjectis, prout ſubjicitur Epiſcopatus Oſtienſis, ut benè advertit *Molin. tr.* 2. *de Juſt. diſ.* 137. *num. ult.* Nec obſtat, quod Lex divina duorum teſtimonium in quâlibet re ſufficiens eſſe dicat; quia ſolùm vult iniquum eſſe, ut quis unius teſtimonio damnetur: non autem vetat, quin quandoque, pro negotii qualitate, plurium, quam duorum teſtimonium requiri poſſit, ſi ita Reipubl. expediens eſſe videatur, ut patet ex *c. Licet.* 23. *de Teſt.* ubi dicitur, quod quædam ſint cauſæ, quæ plures, quam duos, exigunt teſtes, alioquin Alexander ſibi ipſi, imò & Legi divinæ adverſaretur, quia in hoc ipſo *c. Cum eſſes.* ultra duos, vel tres teſtes, Parochi præſentiam requirit." Tacebo ego, plures uſque adeo dari Doctores, (*i*) qui dictam Decretalem totâ Italiâ, ipſâque Româ exulare teſtantur.

§. VIII.

---

(*i*) UNGEBAUR *in Commentat. ſuper Decretal. Lib. III. Tit. XXVI. num.* 15.

an des Herrn Staatsministers
Grafen von Belderbusch Excell.

P. P.

Da der Hr. Rath Hedderich mir angezeigt hat, daß die Druckschrift [illegible] Continuation für [illegible] Excell.

15.

* * *

## §. VIII.

Contra cum MYNSINGERO (*k*) loqui lubet, Lege municipali, ſive ſtatuto induci poſſe, ut teſtamentum valeat coram duobus, tribus, vel quatuor teſtibus, & ſic poſſe diminui ſolennitatem numeri ſeptem teſtium Jure communi requiſitam. Ita ( ſunt verba HAHNII (*l*) ) ex Statuto Norimbergæ, Viennæ, Venetiis, Lucæ, Theloſæ obtinere dicitur, ſubſiſtere teſtamentum, etiam extra tempus peſtis, coram duobus, vel tribus ſaltem teſtibus conditum. Verum an ejusmodi ſtatutum Jus commune abolet, & teſtamenta ſecundùm formam Juris communis condita rejicit? Audi Juris utriusque Auditor Ultrajectinæ Academiæ Profeſſorem PAULUM VOET (*m*) legentem: „ Statutum de moribus ad teſtamenti conficiendi ſolennitatem deſiderans Tabellionem & duos teſtes, non excludet teſtamenti faciendi rationem ſecundùm ſolennia Juris civilis: ut etiam alicui liceat coram ſeptem teſtibus condere teſtamentum, etſi Tabellio non fuerit adhibitus."

## §. IX.

Magiſtraliter omnino. Tum quia Jus commune, & Conſtitutio Imperii per Decreta Synodalia expreſsè non immutata, ſive abrogata, ſed tantùm Clero conceſſum, ſeu permiſſum, teſtamenta ſua absque ſolennitatibus à Jure civili requiſitis coram Notario vel Parocho, duobúsque ad minùs teſtibus condere. Quis itaque vel febricitans ſomniabit, eſſe prohibitum, ne teſtamenta ſecundùm Leges civiles atque Imperiales fiant, præcipuè, cum, quod ob gratiam alicujus conceditur, in ejus diſpendium non retorquendum, (*n*) nec, quod favore quorundam conſtitutum eſt, quibusdam caſibus ad læſionem eorum inventum videatur. (*o*) Tum,

---

(*k*) *Centur. V. Obſerv. 20. num. 1.*
(*l*) *Ad Weſenbec. Lib. XXIIX. Tit. I. N. 10. verſ. Tamen ſufficiunt.*
(*m*) *De Statutis Sect. VII. Cap. II. num. 14.*
(*n*) *Cap. 61. de R. I. in 6.*
(*o*) *L. 6. Cod. de L. L.*

„ Jure civili, quia adhuc ſervandæ ſunt in foro ſæculari & terris Imperii:
„ cum enim non agatur de cauſâ ſpirituali, nec ſubſit peccatum, Jus ci-
„ vile in ſuo foro obſervandum eſt: præſertim cum hæ ſolennitates te-
„ [illegible] fraudes, & excludendam omnem

---

quia cum privilegium ſit Lex privata, & Lex non debeat eſſe obſcura, vel captioſa, ſed certa & manifeſta, profectò ſic intelligenda ſunt verba, ut res, de quâ agitur, valere potiùs poſſit, quam perire, (p) maximè cum capienda occaſio ſit, quæ præbet benignius reſponſum, (q) tum, quia Leges ex partibus ſuis invicem interpretandæ, antiquiores ad poſteriores trahendæ (r) & ſtatutum ita ſanè intelligendum venit, quominùs Juri communi derogetur. (s) Legum quippe correctio, ut odioſa, non facilè inducenda ne quidem per ipſas Leges. (t)

## §. X.

Adnotet proin velim Juris utriusque Auditor, rationem, quam attulit, rancidam, atque hiulcam eſſe. Utique Legiſlator Colonienſis (ſic efferre Auditori placet) Canonicus *præcisè* requirit præſentiam Notarii, vel Parochi, & quidem ſub pœnâ nullitatis. Verùm dic, ſodes! ad quodnam teſtamentum? Annon ad teſtamentum privilegiatum, quod Clerico in & extra civitatem Colonienſem absque ſolennitatibus à Jure civili requiſitis condere permittitur? Num inde inferendum, Legiſlatorem ſimùl imperâſſe, ne Clericus ſecundùm Leges civiles teſtetur? Num inferendum, Legiſlatorem, qui & Canonicus adhuc eminentior Imperii ſtatus exiſtit, generalem Imperii Conſtitutionem conſentientibus omnibus Imperii Ordinibus tam eccleſiaſticis, quàm ſecularibus Jura Cæſarea in teſtamentorum quorumcunque confectione confirmantem funditus tuliſſe, eliminaſſe, atque exſtirpaſſe, nec meminiſſe, quod cum Clerici ſint cives & membra Reipublicæ, ubi degunt, æquum quoque ſit, & rectæ rationi conſentaneum, ut in rebus ſuapte naturâ politicis ſe Legibus ſecularibus locorum conforment. Aſſeveret Juris utriusque Auditor id ſine præſide, aſſe-

---

(p) *Cap. 25.* X. *de V. S.* jungatur *L. 12.* Π. *de rebus dub.*
(q) L. *168.* Π. *de R. I.*
(r) *L. 27.* Π. *de L. L.*
(s) *Cap. 8.* X. *de Conſuetudine.*
(t) VOET *de Statutis Sect. VII. Cap. II. num. 4.*

an des Herrn Staatsministers
Freiherrn von Belderbasch Excell.

P. P.

Da der H. Rath Hedderich mir
angezeigt hat, daß die Druckschrift
[illegible] Continuation für hochs. Excell.

aſſeveret etiam cum præſide. Apud veros & non fictos Juris utriusque Licentiatos, ac Doctores nullam prorsùs inveniet fidem. (u)

## §. XI.

Cæterùm dum Juris utriusque Auditor Archiepiſcopale Reſcriptum 13. Maji MDCCLXIII. ad Officialem Colonienſem datum longè, latéque (x) adducit, profecto plus non efficit, niſi quod juveniliter jactitet, ſe exemplar Reſcripti poſſidere. At quid alias ad rem Reſcriptum, quod nil omnino novi continet, ſed tantummodo habet: „ Nos Prædeceſſorum „ noſtrorum ordinationibus inhærentes ultimas diſpoſitiones Clericorum, „ ſeu eorum teſtamenta aliter, quàm juxta formam in præfatis Statutis „ Synodalibus præſcriptam facta, nulla, & invalida eſſe, adeoque ſub nullo „ unquam prætextu à devotione tuâ approbanda & admittenda eſſe, de„ claramus. Ne quis verò horum ignorantiam imposterùm prætegere „ valeat, hanc Statutorum Synodalium ordinationem ultimas Clericorum „ voluntates concernentem modo, quo tibi opportunum magis viſum „ fuerit, denuò ad eorum notitiam deduci volumus."

## §. XII.

Nunc tantisper dimittamus Juris utriusque Auditorem, & convertamur ad Reverendum Dominum Paſtorem, ſive ut BOEHMER (y) loqui amat, Parœcum, qui omnibus viribus evincere contendit, ad valorem teſtamenti præſentiam Parochi proprii haud requiri, ſed præſentiam cujuscunque Sacerdotis, quà idonei teſtis ſufficere. Dominum Parœcum, qua-

---

(u) LEURENIUS *in Foro Eccleſiaſt. Lib. III. Tit. XXVI. Quæſt. 599. num. 3.* Conferatur PETRUS DE MARCA *de Concordiâ Sacerdotii & Imperii Lib. II. Cap. VII. §. 8.* nec non popularis D. NELLER *in Diſſertat. de Teſtamento Clerici Trevirenſis Part. II. §. 3.* apud pariter popularem D. SCHMIDT *Theſaur. Jur. Eccleſiaſt. Tom. VI. pag. 433.*

(x) *Part. II. §. 4.*

(y) *Jur. Paroch. Sect. II. Cap. I. §. 5.*

„ Jure civili, quia adhuc ſervandæ ſunt in foro ſæculari & terris Imperii:
„ cum enim non agatur de causâ ſpirituali, nec ſubſit peccatum, Jus ci-
„ vile in ſuo foro obſervandum eſt: præſertim cum hæ ſolennitates te-
[illegible] ad vitandas fraudes, & excludendam omnem

---

qualiscunque ille ſit, quidem præclarum Rhetorem, aĉ Theologum credidero, contra addubitavero, an veniat

*de plebe togatâ,*
*Qui Juris nodos, & Legum ænigmata ſolvat.* (z)

Sic namque ratiocinatur. In Statutis Synodalibus ſolius Paſtoris, & non alterius eccleſiaſticæ perſonæ aperta quidem fit mentio, verùm Archipræſul in ſanctione ſuâ ſimul canonicis inhæret ſanctionibus, ac per conſequens decretalibus, potiſſimùm ſupra adductæ conſtitutioni Alexandrinæ. Atqui illa conſtitutio, videlicet *Cap.* 10. X. *de Teſtam.* de Presbytero ſuo, & ſumma (*a*) *dicti Capitis* de Presbytero parochiali loquitur, quod germanicè quis von einem Pfarrgeiſtlichen rectè transferret. Ergo etiam Decreta Synodalia pariformiter intelligenda atque explicanda ſunt, quippe cum poſteriores Leges ad priores pertineant. (*b*)

## §. XIII.

Medius fidius inſigne, ac nobile argumentum! Decretalis de Presbytero ſuo, & Summa de Presbytero parochiali loquitur: Ergo ad valorem teſtamenti præſentia Parochi proprii non requiritur. Siccine concluſum contra Manichæos? Cedo! Quis tum temporis Presbyter cluebat? Præ cæteris reſpondeat celeberrimus GONZALEZ TELLEZ, (*c*) qui tam ex veteribus Conciliorum canonibus, quam ſanctorum Patrum epiſtolis demonſtratum ivit, Parochos olim ſimpliciter Presbyteros eſſe dictos. Idem quoque ex Decretalibus manifeſtò apparet. Ex Concilio namque Ilerdenſi (*d*) refertur: *Omnis Presbyter, qui fontem lapideum habere nequi-*

---

(z) *Juvenalis Satyr. VIII. v. 49.*

(*a*) Apud GIBERT *in Corp. Jur. Canon. Tom. III. Part. III. Tit. 4. Sect. I. num. 11.*

(*b*) *L. 28.* Π. *de L. L.*

(*c*) *In Comment. in Cap. 3. X. de vitâ & honeſtate Clerici, & in Cap. 1. X. de Parochiis.*

(*d*) *Cap. 106. Diſtinct. 4. de Conſecrat.* Conferatur BERARDUS *de Gratiani Canon. Part. I. Cap. XXVII. pag. 329.* nec non REGINO *de Eccleſiaſt. Diſciplin. Lib. I. Cap. 272.*

an des Herrn Staatsministers
Freiherrn von Belderbasch Excell.

P. P.

Da der Hr. Rath Hedderich mir angezeigt hat, daß die Druckschrift wegen der Confiscation Sr. hochfr. Excell.

15.

*quiverit, vas conveniens ad hoc ſolummodò baptizandi officium habeat, quod extra Eccleſiam non deportetur.* Ex Concilio Maticenſi (*e*) pariter adducitur: *Ut quisque Presbyter, qui plebem regit, Clericum habeat, qui ſecum cantet, & Epiſtolam & Lectionem legat, & qui poſſit Scholas tenere, & admonere ſuos Parochianos, ut filios ſuos ad fidem dicendam mittant ad Eccleſiam, quos ipſe cum omni caſtitate erudiat.* Atque ex Concilio Nannetenſi (*f*) porrò additur: *Ut Dominicis vel feſtivis diebus Presbyteri, antequam Miſſam celebrent, plebem interrogent, ſi alterius Parochianus in Eccleſiâ ſit, qui proprio contempto Presbytero ibi velit Miſſam audire: quem ſi invenerint, ſtatim ab Eccleſiâ abjiciant.* Unde cum ALEXANDER III. teſtamenta, quæ Parochiani coram Presbytero ſuo, & tribus, vel duabus aliis idoneis perſonis in extremâ voluntate fecerint, firma permanere decernat, intelligi non aliter poteſt, quam de Parocho proprio.

## §. XIV.

Ita etiam communis Canoniſtarum ſchola intelligit, atque ad valorem teſtamenti præſentiam Parochi proprii requiri docet. Inter cæteros anteſtari heic liceat, FAGNANUM (*g*), BARBOSAM (*h*), MOLINAM (*i*), ZOESIUM (*k*), LEURENIUM (*l*), SCHAMBOGEN (*m*), PIRHING (*n*), REIFFENSTUEL (*o*), VALLENSEM (*p*), DE ROYE (*q*),

---

(*e*) *Cap.* 3. X. *de vitâ & honeſtate Cler.* Conferatur GONZALEZ TELLEZ *in Not. ad cit. Cap.* 3. *num.* 1.

(*f*) *Cap.* 2. X. *de Parochiis.*

(*g*) *In Comment. ad Cap.* 10. X. *de Teſtament. num.* 24.

(*h*) *In Collect. in Cap.* 10. X. *de Teſtam. num.* 6.

(*i*) *De Juſtitiâ & Jure Tom.* I. *Tract.* II. *Diſputat.* 133. *num.* 4.

(*k*) *In Commentat. in Jus Canon. Lib.* III. *Tit.* 26. *num.* 19.

(*l*) *In Foro Eccleſiaſt. Lib.* III. *Tit.* XXVI. *Quæſt.* 599. *num.* 1.

(*m*) *In Comment. ad* X. *Lib.* III. *Tit.* 26. *num.* 2.

(*n*) *In Jur. Canon. Methodo Lib.* III. *Tit.* XXVI. *Sect.* I. §. 2. *num.* 8.

(*o*) *Jur. Canon. Lib.* III. *Tit.* XXVI. *num.* 133.

(*p*) *Paratit. Lib.* III. *Tit.* XXVI. §. 1. *num.* 3.

„ Jure civili, quia adhuc ſervandæ ſunt in foro ſæculari & terris Imperii: „ cum enim non agatur de causâ ſpirituali, nec ſubſit peccatum, Jus civile in ſuo foro obſervandum eſt: præſertim cum hæ ſolennitates te- … fraudes, & excludendam omnem

(*q*), AMORT (*r*), UNGEPAUER (*s*), LINCK (*t*), JUSTUM HENNINGIUM BOEHMER (*u*), GEORGIUM LUDOVICUM BOEHMER (*x*) magni Patris magnum Filium, ac tandem & quidem præcipuè inluſtrem Dominum NELLER (*y*), qui paucis omnia complexus infit: „ Forma Juris Canonici proſtat in Cap. *Cum eſſes* 10. X. *de Teſtam.* nempe „ ut fiat teſtamentum Parochiani *coram Presbytero ſuo*, id eſt, *proprio Parocho*, unà cum *tribus vel duabus aliis perſonis idoneis.* Verior eſt ſententia PANORMITANI, hanc formam eſſe *de ſubſtantiâ*, non *ſolius* „ *probationis gratiâ*, quidquid prolixè in contrarium ſcribat P. ENGEL „ *h.t. num.* 14. hiſtoriæ illius ævi ignarus; Nam ad probationem non „ requiritur Presbyter, non Presbyter ſuus, non præter Presbyterum „ ſuum duæ ſaltem aliæ perſonæ. Et, ſi *voluntatem nudam*, ejusque „ ſimplicem probationem, ſufficere voluiſſet Pontifex, cur illis verbis „ non dixit, & non aliis omninò clarioribus? Cur non reſcripſit: *quæcunque voluntas ſufficit, modo probetur*? Utor hic *arg. Cap.* 12. X. *de Decim.* cui addo *arg. Cap.* 11. X. *h.t.* quod in teſtamentis piis non Presbyterum ſuum, ſed unicè *duos teſtes requiſitos* deſiderat, quia ibi ſola voluntas probanda eſt."

## §. XV.

Canoniſtas æquis paſſibus ſequuntur Juris civilis Anteceſſores, ſingulatim GUIDO PAPA (*z*), JULIUS CLARUS (*a*), CARPZOV (*b*), SCHIL-

---

(*q*) *Canon. Jur. Inſtitut. Lib.* II. *Tit.* 25. *pag.* 346.

(*r*) *Element. Jur. Canon. Lib.* III. *Tit. XXVI.* §. 11.

(*s*) *In Comment. ſuper Decretal. Lib.* III. *Tit. XXVI. num.* 14.

(*t*) *In Comment. in Decretal. Lib.* III. *Tit. XXVI.* §. 7.

(*u*) *Inſtitut. Jur. Canon. Lib.* III. *Tit. XXVI.* §. 4. & *Jur. Eccleſiaſt. Proteſt. Tom.* II. *Lib.* III. *Tit.* 26. §. 4.

(*x*) *Princip. Jur. Canon.* §. 616. & *Obſervat. Jur. Canon. Obſerv. IV.* §. 6.

(*y*) *Cit. Diſſertat. de Teſtam. Clerici Trevirenſis Part.* II. §. 2.

(*z*) *Deciſion. Gratianop. Quæſt.* 543. *num.* 11.

(*a*) *Sentent. Lib.* III. §. *Teſtamentum. Quæſt.* LVII. *num.* 2. & *ſeqq.*

(*b*) *Jurisprudent. Forenſ. Part.* III. *Conſt.* IV. *Definit.* 40.

an des Herrn Staatsministers
Grafen von Belderbasch Excell.

P. P.

Da der H. Rath Hedderich mir
angezeigt hat, daß die Druckschrift
[illegible] Confiscation Ew. hochf. Excell.

15.

SCHILTER (*c*), MANZIUS (*d*), PAULUTIUS (*e*), VALERUS (*f*), FACHINEUS (*g*), FABER (*h*), MULLER (*i*) & STRYK (*k*).

## §. XVI.

Quid, quod in plerisque locis, ubi Alexandrina Conſtitutio vel expreſsè, vel tacitè recepta eſt, non de aliâ eccleſiaſticâ perſonâ, quam de Parocho mentionem fieri reperiamus. Sic **Verordnung des Hadelerſchen Land-Gerichts** (*l*) habet: Nachdem einem jeden frey ſtehet, ſeinen letzten Willen Teſtamentsweiſe zu bezeugen, und aber groſſe Unordnung hierein bishero befunden, als ſollen hinferner die Teſtament **von den Paſtoren und Predigeren in zweyer ehrlicher Gezeugen Gegenwarth** verfertiget, und gemacht werden, welche Zeugen es ſollen unterſchreiben, da ſie können, oder es verſiegeln, und ſoll das Teſtament mit des Teſtierers Inſiegel, oder, da er keines hat, mit des Paſtoren ſeinen verpitziret, und verſchloſſen werden, und es alſo, bis der Teſtirer mit Tode abgangen, und es gerichtlich, oder ſonſt eröffnet wird, bey dem Schulzen hingelegt werden; Der auch ein ordentlich Teſtament, welches dem Landrecht nicht zuwidern, von der hohen Landes-Fürſtlichen Obrigkeit confirmiren und beſtettigen laſſen wil, ſolches ſoll ihm frey und unbenommen ſein. Sic referente CRAMER (*m*) juxta Conſtitutionem provincialem Bambergenſem de anno 1681. coram Parocho, & duobus teſtibus teſtari licet. Sic perhibente PETRO RAT (*n*) apud Ve-

---

(*c*) *Prax. Jur. Roman. Lib.* XXIIX. *Tit.* 1. §. 116.
(*d*) *De Teſtament. Tit.* IV. *num.* 64.
(*e*) *Diſſertat. legal. Lib.* II. *Diſſert.* LXIX. *Deciſ.* 1. *num.* 1. & 4.
(*f*) *Different. utriusque fori voc. Teſtamentum. Different.* II.
(*g*) *Controverſiar. Jur. Lib.* IV. *Cap.* 5. *v. quartum Argumentum.*
(*h*) *In Cod. Lib.* VI. *Tit.* V. *Definit.* 2. *num.* 10.
(*i*) *Ad Struv. Lib.* XXVIII. *Tit.* I. §. 17. *lit.* δ.
(*k*) *De Caut. Teſtament. Cap.* XIII. §. 28. & *in U. M. Lib.* XXVIII. *Tit.* I. §. 3.
(*l*) Theil III. Tit. VII. apud PUFFENDORF *Obſervat. Tom.* I. *pag.* 30. *Append.*
(*m*) Wetzlariſcher Nebenſtunden Theil XXXVII. St. VII. §. 7. pag. 115.
(*n*) *In patrias Pictonum Leges Art.* CCLXIX.

„ Jure civili, quia adhuc ſervandæ ſunt in foro ſæculari & terris Imperii:
„ cum enim non agatur de causâ ſpirituali, nec ſubſit peccatum, Jus civile
„ in ſuo foro obſervandum eſt: præſertim cum hæ ſolennitates te.
„ [illegible] ad vitandas fraudes, & excludendam omnem

---

Venetos duo teſtes cum Sacerdote proprio aut ejus Vicario ad conficiendam ultimam voluntatem requiruntur. Sic notante BERGERO (*o*) in Saxonicis terris, puta Ducalibus, ſive lineæ Erneſtinæ ſufficit, Parochum cum duobus teſtibus actui teſtandi interfuiſſe: Ac tandem fuſius CHOPPINUS (*p*) diſſerit: „ Scribendi porrò teſtamenti auctoritatem committere
„ Parochus nequit, ejusque Vicarius alteri Sacrificulo Templi Decretali
„ Epiſtolâ Alexandri III. Cum eſſet de teſtament. Nam ſupremæ
„ tabellæ ſerius adulterantur ab Eccleſiæ Sacerdote primario, aut ipſius
„ vices gerente, quam ab alio quovis ſacrorum adminiſtro: Quùm Curio
„ ipſe dicatur ſpiritalis curialium ſuorum Pater, eósque ſuffragio ſacræ
„ pœnitentiæ abſolvat erratis. Ex Symmacho PP. can. Omnes 30.
„ quæſt. 1. Quo ſuaviſſimo Patris titulo nihil olim in Eccleſia uſitatius,
„ receptius, familiarius. Inde & Papæ nomen eſt Romano Præſuli vindicatum,
„ quòd πάππας à veteribus uſurpatus Patrem ſignificet, teſte
„ Suida. Exin D. Auguſtinus Hipponenſium Antiſtes Papa vocatur à
„ Hieronymo. In epiſt. Sidonius pariter Eutropium, Frontellum, Mamercum,
„ Eleutherium, Agretium, Euphronium, multósque alios Papas
„ nuncupavit. Lib. 6. 7. 8. & 9. Epiſtol. Rurſus apud Gratianum
„ Papa nominatur Martinus identidem, qui Epiſcopus erat Bracharenſis,
„ & D. Cyprianus Papa crebrò in canonicis libris appellatur. Can. Epiſcopo
„ 8. Quæſt. 1. Can. Abſit. 50. Diſtinct. Can. Omnis. de Conſecrat.
„ Diſtinct. 1. Can. 1. de Conſecrat. Diſtinct. 2. & Lib. 2. Epiſt. Cypriani.
„ Itaque ut ad rem redeam, parœciacæ ædis Sacerdos, tanquam ſpiritalis
„ parœcorum ſuorum parens, ſcribat teſtamentariam chartulam neceſſe
„ eſt, ademptâ ei poteſtate publici hujus muneris alteri Clerico demandandi.
„ Proin antiquum S. C. refertur, prohibitorium Curionibus Pariſien.
„ Diœceſeos, eorúmque Vicariis, ne conficiundi teſtamenti operam
„ alii delegarent impoſterum, adjecta pœnæ interminatione: Eodémque
„ Decreto reſciſſa eſt poſtremi elogii formula, à privato conſcripta
„ Sacerdote: teſtamentariis etiam Curatoribus interdictum, ne ex

„ tali

---

(*o*) *In Oeconom. Jur. Lib. II. Tit IV. §. 8.*
(*p*) *De ſacrâ Politiâ Lib. III. Tit. I. num. 14.*

An des Herrn Staatsministers
Grafen von Belderbusch Excell.

P. P.

Da der Hr. Rath Hedderich mir angezeigt hat, daß die Druckschrift [illegible] Confiscation Ew. Hochgr. Excell. dem tit. Hr. Wunsch unterm 15. dieses aufgetragen haben, auch bereits Abshoven dahier zu [illegible] war [illegible] gnädigen Willens

„ tali inſtrumento procurationem ultimorum mandatorum ſibi arrogarent." Hiſce omnibus quid conformius, quam quod ſicut Decreta Synodalia Colonienſia expreſsè dicunt, omnes Eccleſiaſticos Civitatis & Diœceſis teſtamenta ſua in præſentiâ Notarii, vel Parochi, duorúmque ad minus teſtium condere poſſe, ita non de aliâ perſonâ eccleſiaſticâ intelligenda veniant. Ubi enim verba ſunt clara, & perſpicua, contra ea nulla prorsùs admittenda interpretatio, ſed verbis ſimpliciter ſtandum eſt. (*q*) Nulla quippe interpretatio tanti eſt, ut melior ſenſu ex verbis collecto exiſtat. (*r*)

## §. XVII.

Sed quid ſi Parochi copia haberi nequeat? Sunt, qui tum loco Parochi duos alios, adeóque quatuor teſtes adhibendos eſſe aſſerunt. Econtra Juris utriusque Auditor (*s*) adhæret illis, qui teſtamentum hâc ratione conditum valere negant. Hiſce & ego accedo, niſi vel ſpecialis Lex, uti in Electoratu Colonienſi (*t*) vel conſuetudo exiſtat, prout de conſuetudine Saxonicâ RICHTER (*u*) ſequentibus teſtatur: Weilen vermöge langwieriger Obſervantz und von vielen Jahren hero in dieſen Sächſ. Landen hergebrachten Gewohnheit in denen Verordnungen und letzten Willen, ſo von Bauersleuten in Dörferen aufgerichtet werden, nach Diſpoſition der Canoniſchen Rechte zu ſprechen, und zu urtheilen, Inhalts welcher die Solennitäten, ſo vermöge gemeiner Käyſerl. Rechte bey Auffrichtung eines Teſtaments nothwendig ſeyn, worunter dann auch die ſonderbahre Erſuchung und Erforderung der Zeugen zu verſtehen, nicht

---

(*q*) *L. 25. §. 1. ff. de Legat. 3.*
(*r*) *Lib. 3. Cod. de Liberis præterit.*
(*s*) *Part. II. §. 6.*
(*t*) **Ertz-Stifts Cöllniſche Rechts-Ordnung** Part. I. Tit. I. §. 5. Conferatur **Vollſtändige Sammlung der die Verfaſſung des hohen Ertz-Stifts Cölln betreffenden Stucken ꝛc.** Band I. Stuck CXLV. Bl. 468.
(*u*) *Deciſ. XXVIII. num. 2.*

„ Jure civili, quia adhuc ſervandæ ſunt in foro ſæculari & terris Imperii:
„ cum enim non agatur de causâ ſpirituali, nec ſubſit peccatum, Jus ci-
„ vile in ſuo foro obſervandum eſt: præſertim cum hæ ſolennitates te-
fraudes, & excludendam omnem

---

Venetos duo teſtes cum Sacerdote proprio aut ejus Vicario ad confiden-

---

nicht eben ſo genau in Acht genommen werden dörfen, ſondern hierinnen wie es ſonſten nach geiſtlicher, und aller Völcker-Recht in den Contracten und anderen Handlungen unter den Lebendigen hergebracht und erfordert wird, zu halten, und dahero für gnugſam zu achten, wenn ein Teſtament uff dem Dorff in Gegenwart des Pfarrers, und anderer zwo oder mehr Perſohnen, oder aber in Mangelung des Prieſters von vier Zeugen, alſo, daß an ſtatt des Prieſters zwey andere zu nehmen, aufgerichtet worden. Woferne nun ſolchen Zeugen der Teſtator ſeinen letzten Willen deutlichen eröffnet, ob ſie ſchon nicht eben in ſpecie darzu erfordert und begehret werden: Als iſt auch obangeregter ewers Eydams letzter Will, ſeiner Schweſter Widerfechtens ungehindert, geſtalten Sachen nach, und woferne die vier Zeugen ihre Ausſage, immaſſen ſie zu thun ſchuldig, endlich bekräſtigen, vor mangelhaft nicht zu achten, ſondern bey Kräften zu laſſen, und wird demſelben allenthalben billich nachgegangen. Sine Lege ſpeciali verò ac conſuetudine firmum ſtat, formam Juris Canonici eſſe, ut fiat teſtamentum coram Parocho proprio, & tribus, vel duabus aliis perſonis idoneis. Præſcripta itaque forma ſollicitè, & ad unguem obſervanda, alioquin nihil actum. (x) Neque aliud evincunt Canones, ad quos paſſim provocant. Dum namque idem ALEXANDER III. (y) ait: „Quia non eſt licitum alicui Chriſtiano, &
„ multò minùs crucis Chriſti inimico, ut cauſæ ſuæ unius tantùm quaſi
„ legitimo teſtimonio fidem imponat: Mandamus, quatenus ſi inter vos
„ & quoscunque Judæos emerſerit quæſtio, in qualibet cauſa Chriſtiani,
„ & maxime Clerici, non minus, quàm duorum vel trium virorum, qui
„ ſint probatæ vitæ, & fidelis converſationis teſtimonium admittatis,
„ juxta illud Dominicum: *In ore duorum vel trium teſtium ſtat omne ver-*
„ *bum.* Quia licèt quædam ſint cauſæ, quæ plures, quàm duos exigant
„ teſtes, nulla eſt tamen cauſa, quæ unius teſtimonio, quamvis legitimo,
„ terminetur." Quis, niſi inſulſus, omnisque juris neſcius inde eruet,

duos

---

(x) BOEHMER *Jur. Eccleſiaſt. Proteſtant. Tom. II. Lib. III. Tit. 26. §. 4.*

(y) *Cap. 23. X. de Teſtibus.*

an des Herrn Staatsministers
Freiherrn von Belderbasch Excell.

P. P.

Da der H. Rath Hedderich mir
angezeigt hat, daß die Druckschrift
[illegible] Confiscation Ew. Hochf. Excell.
dem tit. Hn. Wunsch unterm 15.
dieses aufgetragen haben, sich auch bey
Abshoven daselbst zu kaufen war
gnädigen Willens
larien
Canon
rich
ition

duos teſtes Parocho æquipollere, uniúsque vices ſupplere. Dum porro INNOCENTIUS III. (z) Conſulibus, populóque Beneventano reſpondet: „Et canonica & civilia Jura ſequentes, diſtrictiùs inhibemus, ne „unius Judicis, quantæcunque fuerit auctoritatis, verbo credatur in cauſis, ſive ſuper teſtamentis, ſive quibuslibet aliis contractibus quæſtio „agitetur. Nec ſcriptum eorum, niſi teſtium adminiculo fulciatur, eam „obtineat firmitatem, quin ei poſſint & debeant duorum vel trium te„ſtium bonorum teſtimonia prævalere." Num vel literula invenienda eſt, quæ indicat, formam ac ſolemnitatem probatoriam per actum fictum, & improprium, perque æquipollens adimplendam eſſe. Videant proinde contrariæ ſententiæ fautores, cui mulieri ſcandicem ſuam, ut olus legitimum venditare valeant.

## §. XVIII.

An ergo ſecundùm antecedentia Clerico Colonienſi loco Parochi duos adhuc, adeóque quatuor teſtes adhibere licebit? Utique Ordinatione Colonienſi (a) cautum legitur: „Wan der Teſtirer des Paſtorn, Ge„richt- oder des Stattſchreibers, oder Notarii, wie auch in den Stät„ten der Scheffen nicht mächtig ſeyn kan, oder ſonſten ſich ihrer zu ge„brauchen bedenckens hätte, mag er an ſtatt einer jeder aus dieſen ab„gehender Perſon zween andere Zeugen dazu beruffen." Verùm hæc Ordinatio non Lex Diœceſana, ſed Electoralis, ſeu temporalis eſt, quà Clerici Diœceſis haud ligantur. Saltim (inquies) ligabuntur Clerici, ùt cives, ac membra Reipublicæ, qui in Electoratu Colonienſi degunt. At & hos quoad præſentem materiam, ſcilicet teſtamenti factionem ligari jure negavero. Si enim ligarentur, ligarentur pariter Ordinationis parte (b) quæ habet: „Ein ſolcher letzter Will oder Teſtament mag vor „Notario, dem geſchwornen Gericht- oder Stattſchreiber, oder Paſto-

---

(z) *Cap. 28. X. de Teſtib.*
(a) *Supra cit. Tit. I. §. 5.*
(b) *Cit. Tit. I. §. 2.*

„ Jure civili, quia adhuc ſervandæ ſunt in foro ſæculari & terris Imperii:
„ cum enim non agatur de causâ ſpirituali, nec ſubſit peccatum, Jus ci-
„ vile in ſuo foro obſervandum eſt: præſertim cum hæ ſolennitates te-
[illegible] fraudes, & excludendam omnem

---

Venetos duo teſtes cum Sacerdote proprio aut ejus Vicario ad confi-[illegible]en-

---

„ ren des Orts, wo der Actus vorgehet, und zweyen Scheffen in den „ Stätten, auf dem Land aber zween anderen darzu erforderten Zeugen „ gültig aufgerichtet werden.“ Ergo Clerici in civitatibus coram Notario, vel Parocho, & duobus Scabinis teſtari tenerentur, adeóque privilegio ſuo privarentur, ac Decretis Synodalibus derogaretur, præſertim cum duæ Leges ſibi contrariæ ſimùl ſubſiſtere atque obtinere nequeant. Di boni! Qui Jure conſultus unquam ita reſpondebit? Annon Ordinatio Colonienſis eſt Lex generalis de teſtamentis, & teſtamenti factione ſubditorum? Annon contra Decretum Synodale eſt Lex ſpecialis de teſtamentis, & teſtamenti factione Clericorum. Atqui & Dupondiis notum eſt, quod per Legem ſive Conſtitutionem generalem nunquam derogetur Legi, vel Conſtitutioni ſpeciali, ſive Lex, vel Conſtitutio generalis præcedat, ſive ſequatur, ſive in eandem perſonam, ſive in duas directa ſit generalis, & ſpecialis expreſſio quippe cum in omni Jure generi per ſpeciem derogetur, & illud potiſſimum habeatur, quod ad ſpeciem directum eſt. (c)

## §. XIX.

Quærit porro Juris utriusque Auditor, (d) ſi Canonicus ſe extra locum Immunitatis transferat, aut ex gratiâ recreationis, aut ſuam infirmitatem curandi cauſsâ, trahatque ita moras in alienâ Parochiâ, an coram hujus Parocho tutò & validè teſtabitur. Suſtinet reſpondere negativè. Quâ Lege, quâ ratione, quâ auctoritate? Auctoritate BONIFACII VIII. (e) definientis: *Si non electâ ſepulturâ decedat ibidem, non in Eccleſia dictæ villæ, ſed in ſuâ parochiali, vel in eâ potiùs, in quâ Majorum ipſius ab antiquo* ien-

---

(c) *L. 80. π. de R. I.* Conferatur JACOBUS GOTHOFREDUS *in Commentat. de diverſis Regulis Jur. L. 80.* BARBOSA *in Collect. in Reg. 34. de R. I. in 6.* & SCHRADER *de Feudis Part. X. Sect. V. num. 42.*

(d) *Part. II. §. 13.*

(e) *Cap. 3. de Sepultur. in 6.* Ad hocce *Cap.* OBERHAUSER *in Prælection. Canon. Lib. III. Tit. 28. §. 13.* notat: *Alibi tamen habet laudabilis conſuetudo, ut quisque, ubi moritur, ſepeliatur, hocce enim modo multæ lites præcaventur.*

den
gen
ota-
rivi-
rtim
eant.
lina-
ione
e te-
no-
ero-
ralis
recta
per
n di-

cum
tem
ujus
Quâ
I. (e)
*dictæ*
*h an-*
*tiquo*

*Com-*
*4. de*

*ction.*
*tudo,*
*entur.*

---

an des Herrn Staatsministers
Grafen von Belderbasch Excell.

39

P. P.

Da der H. Rath Hedderich mir angezeigt hat, daß die Druckschrift [illegible] Confiscation Ew. Hochf. Excell dem tit. Hn Wunsch unterm 15. dieses aufgetragen haben, auch bey Abshoven daher zu kaufen war [illegible] gnädigen Willen

larien

Canon

rich

ction

---

*tiquo ſepultura extitit, ſepeliri debebit: dummodo absque periculo ad ipſam valeat deportari.* Inde ſi Juris utriusque Auditor concludere audet: Parochus loci, ubi Canonicus recreationis gratiâ, aut ex aliâ cauſsâ moratur, non eſt proprius Paſtor, quoad jus ſepulturæ, ergo nec quoad actum teſtandi, viciſſim quoque concludere habebit, quod ſi Canonicus, qui rure degit, vel 1.) ipſe ſepulturam eligat, vel 2.) Majorum ipſius ab antiquo ſepultura exiſtat, vel 3.) cadaver absque periculo ad Eccleſiam parochialem deportari nequeat, tunc Parœcus civitatis vel caſtri, ubi Canonicus domicilium habet, non ſit proprius Parochus quoad jus ſepulturæ, ergo nec quoad actum teſtandi. Vel detur diſparitas, quippe cum contrariorum eadem ſit ratio, vel maximè correlativorum. Interim juvenilem diſparitatem non exſpectavero, ſed potiùs notavero, diſpoſitionem BONIFACIJ VIII. haud inniti magiſtrali illo (f) ut Juris utriusque Auditor efferre minùs erubeſcit, argumento, quod Canonici ſemper ad obligationem reſidendi ſtrictam ex Concilio Tridentino debeant habere animum reſidendi penes Eccleſiam ſuam ſecundùm Canones. Amabo! Quid illi reſidendi animo cum ſepulturâ. Hocce argumentum ſi magiſtrale Auditori videtur, & illud videbitur magiſtraliſſimum: Quia Canonici ſemper debent habere animum reſidendi penes Eccleſiam ſuam ſecundùm Canones, ideo neque electione ſepulturæ gaudere, neque in Eccleſiâ, in quâ Majorum ab antiquo ſepultura extitit, ſepeliri debebunt. Mittamus proin profanas Auditoris argutias, ac magiſtralius, ſeu legalius aſſeramus, Pontificem inſiſtere, atque inhærere Canonibus (g) qui perhibent, Parochianos in Eccleſiâ parochiali ideo ſepeliendos eſſe, quia ibi cœleſti pabulo refici conſueverunt, ut juxta Apoſtolum uti paſſionum fuerant, ita & conſolationum ſocii ſint, ac ne Eccleſiæ parochiales, & ipſorum Curati, ſive Rectores, qui miniſtrare habent eccleſiaſtica Sacramenta, quibus noſcitur de jure competere prædicare, ſeu proponere ver-

---

(f) Vocabulum: *Magiſteriale*, quo Auditor utitur, ante audire mihi haud fuit datum.

(g) *Cap. 1.* X. *de Sepultur. & Clement. 2. de Sepultur.*

„ Jure civili, quia adhuc ſervandæ ſunt in foro ſæculari & terris Imperii:
„ cum enim non agatur de causâ ſpirituali, nec ſubſit peccatum, Jus ci-
„ vile in ſuo foro obſervandum eſt: præſertim cum hæ ſolennitates te-
„ fraudes, & excludendam omnem

Venetos duo teſtes cum Sacerdote proprio aut ejus Vicario ad confi-ien-

14. Miſſis cæteris, quæ ordinatio monachalis ex ſolis ferè Maximiliani Henrici ſtatutis habet, diſplicuit omnibus ſummopere illud, quod Notariis per te imperavit ***Placetum aulicum.*** Egregia, inquiunt, œconomia! etiam ærarium non negligendum putavit Monachus. Studium hoc in deliciis habere videtur; ex eo enim etiam delapſus eſt ad illa, quæ de jejunio nuper perversè docuit, paradoxa, eruditâ diſſertatione caſtigatâ à S. Polychronio Gilman; parcere quippe ſuis tum in theſibus voluit tot millionibus, Hollandis alioquin mittendis. Sed non vidit fortè lippus, Dueſſeldorpienſes commiſſuros eſſe nunquam, ut ſuî, quos matriculæ, ut aiunt, propriæ inſertos habent, alienigenis aureos pendant carolos. Monitus hâc de re erat à viro Cl. Joſepho de Mediaſtinis § 22; at ſprevit monentem, maluitque te, Eminentiſſime! in apertum colliſionis periculum adducere, quàm etiam in hoc ſuo adverſario vel latum unguem cedere. Unde demùm datur intelligi, hominem totâ hac ſuâ, atque etiam qualitercunque tuâ ordinatione ſe ſpectaſſe ipſum, non te, tuamque nominis gloriam, aut Cleri utilitatem. Quin omnium jam patet oculis, te, tuamque autoritatem, quam etiam cùm deceptus falleris veneramur, aſſumptam, captamque eſſe in medium, quo ſuo conſuleret nomini à multis vapulanti, de ſuis triumpharet refutatoribus ſuperbus, ſimilis illi, qui, cum ſuccubuiſſet, arreptâ Jovis pharetrâ hoſtem peremit. Bardum hoc erat hominis ſtratagema; ut primum enim noſtris in terris apparuit hoc ordinationis portentum, erant qui dicerent, jam ſupereſſe nihil, niſi hæc: *Ut Philippus Hedderich*, ut addatur ſubſcriptio; tam quippe clarè oculorum omnium aciem feriebat hoc Monachi molimen!

15. Te jam rogo, Reverendiſſime, Eminentiſſimeque Pater! ut rem omnem maturo ſubjicias examini, viros conſulas in Religione & ſcientiâ certos, iiſque demandes, quid factu opus ſit, ut errorem, in quem deceptus lapſus es, præſentem corrigas, ſimilemque deinceps præcaveas. Rogo etiam, atque etiam, ut ab iiſdem iſtis viris ſeriam de Monachi noſtri doctrinâ prout eam ſuis hactenus in theſibus explicuit, ſententiam tibi poſtules; ſunt enim certè quædam in ejus pagellis ſcandaloſæ, tumultuariæ, ſchiſmaticæ, de hæreſi ſuſpectæ, & in Rom. Pontificum contemptum conſcriptæ propoſitiones. Quidnî ad id conſilii adhibeas viros, quos jam in expurgandâ Coloniæ theologiâ laborare intelleximus? non inutile foret, ſi, quàm ferociter in facta Rom. Pontificum ſæpè ex Cathedrâ debachatus ſit, ex ipſis Bonnenſibus, qui ejus collegia frequentarunt, canonicis datâ liberrimâ loquendi veniâ, intelligeres. Novi ego aliquem, qui ex ejus collegio

Sum ad tumulum

Devotiſsimus vester Servus
Fr: Joseph:

redux, malignè magis, mordaciùs, abjectìùſque ab ipſo Luthero haberi non petuiſſe Romam quam ab iniquiſſimo iſto Monacho, cum quodam Religionis ſenſu adfirmabat. Sunt ſanè hæc, ut plurima alia prætermittam, qualis eſt ejus in corradendis nummis dexteritas enormis planè; cella vinaria, quam extra monaſterium in plateâ novâ habet, vino de arâ Bachi, aut Bacharach inſtructa; pecunia, quam ab iis accipit, qui à ſeminario diſpenſantur ejus interventu & patrocinio, &c. &c. ſunt, inquam, hæc certè ejuſmodi, ut oculos tibi aperire debeant, ſi hactenus cautieris. Conſule honori tuo, nec patere, ut iſthæc mea epiſtola publico committatur: quod futurum, certus eſto, niſi Monachum ad modeſtiam coegeris. Ego, ut metu ad interim te liberem omni, id conſilii cepi, ut litteræ hæ non niſi ſemel imprimerentur, eaſque tu ſolus haberes. Tuum nunc erit judicare, utrum boni correptoris partes ſuſtinuerim. Sum certè.

EMINENTISSIME AC CELCISSIME

ARCHIEPISCOPE S. R. I. PRINCEPS ELECTOR,

DOMINE CLEMENTISSIME!

Servorum tuorum infimus Fr. Joseph.
De Mille Animabus.

1

Reverendiſsimis Illuſtriſsimis
Celſiſsimis ac Perillustribus
Dominis Dominis Decano
et Capitularibus Ecclesiæ
Metropolitanæ Caloniensis
Canoniis
Coloniæ



Wohlgebohrner Hochgelehrter
Inſonders zu Verehrender
Herr Hofkammer Rath!

---

Presentes 23tiā Maya: c Eminentiſsimo Archiepiscopodedi, spefretus, rebellem et Iuribus nostris adversantem Monachum debitis pœnis castigatum iri at eheu! audacior mutto novos sibi in dies spiritus sumit, et ne omnes et omnia novaturienti furori suo immolet, jure timendum est quare jll: Dignitates vestras hisce humillimè peto, ut maturam malo Medelam ferre dignemini, et vt rebelle hoc Caput ab optimi Principis nostri Aulā procul amoveatur, ad laboretis.

Vera sunt quæscripsi, neque Modestiæ, et debitæ Eminentiſsimo Reverentiæ defuisse mihi videor

Sum ad tumulum

Devotiſsimus vester Servus
Fr: Joseph:

Wohlgebohrner Hochgelehrter
Inſonderſt zu Verehrender
Herr Hofkammer Rath!

redux, malignè magis, mordaciùs, abjectiùſque ab ipſo Luthero haberi non potuiſſ

Theses D. Hedderich Fr
Bonnae datae.

Praesentm Illmo et Revdmo
Capitulo Metrop. Colon
hac 14. Julii 1783.

Ergo per manus Dom
=norum circulari [illegible]
[illegible]. Secrm Colen
[illegible].

H. J. Joppe

Hochwohlgebohrner Hochgelehrter
Insonders zu Verehrender
Herr Hofkammer Rath!

Da Ew. Wohlgebohren nun wirklich in der Karthaus zu Cölln sind, so habe ich nicht ermangeln wollen denselben folgende Notizen zu berichten.

Ein gewisser P. ~~Lohstein~~ Lohstein in der Karthaus hat von der wider mich zu Cölln gedruckten und anliegenden Epistola Critica das allererste Exemplar und zwar wie mir gesagt worden, von seinem Vetter Buchdrucker Bourell bekommen.
Da nun dieselbe mit H. Official darüber etwas mehreres von H. gemeldeten Pater und zwar in forma et aliqualiter inquirendo zu erfahren, so stelle es denenselben anheim, ob sie dieses nicht unternehmen wollten.

Würde gemeldeter Pater auf seinen Vetter

Bonell kennen, so wäre meines erachtens
nicht undienlich, wenn bey ~~hochwürden~~ wohlgebohren
sich zum Bonell zu verfügen geruheten,
um denselben durch ~~mit~~ forcht zur selbstigen geständniß
zu vermögen, um ferner ganz gewiß erfolgende
übler zu vermeiden, mit dem Zusatz, daß hier
an Hof eigenhändige brief von einem herrn aus
Kölln vorhanden seyen, wo er Bonell ausdrücklich
angegeben wird, daß er der schreiber eines hiesigen
Canonici ein exemplar ~~ein~~ abgegeben hätte, mit dem
ausdruck, daß er bonell solches gedruckt habe.
auch könten sie dem Bonell ferner zuversichtlich melden
daß sogar derjenige so die exemplaria abgedruckt
hätte auch ihn Bonell bekennet hätte; ferner
daß auch andere Bonellianische schriften mit jenen
der epistolae criticae vollkommene ähnlichkeit hätten.

ferner der Bonell habe ein Exemplar der epistola
critica auch dem Mainzer Büchhändler geschickt mit dem
ausdruck, daß wann er mehrere verlangte, solche überschicken
würde. Auf solche art würde der Bonell und sonst
derjenigen bekannt, so das ~~exe~~ manuscript zum druck
überbracht hatten. Sie sind auch zugleich Notarius,
so würde dessen geständniß ehe ~~legal~~ gleich legal werden
können. Hierauf habe ich dieselbe freundlichst ersuchen
wollen. Nützet es nicht, so kann es auch nicht schaden:
würde aber auf diese art etwas näheres heraus kommen
so zweifle ich nicht daß Ew Excellence nicht misbilligen
würden. Ew Excellence sind wirklich noch nicht hier.

Ich empfehle mich ihnen auf das freundlichste,
und bin mit wahrhaftester und vollkommenster
Hochachtung Ew Wohlgeboren
ergebenster D. L. Hedderich.

Auf geschehenes befragen läugnet P. Lohnstein die Epist. Crit. von H. Bourell empfangen zu haben, sondern sagt, daß er solche von dem Advocat fischer, welcher die bürger ca Magistratum bedienet, erhalten und dem verlebten P. Prior gleich abgegeben habe

# EPISTOLA CRITICA
IN NUPERAM
# DE TESTAMENTI FACTIONE DIATRIBEN
P. HEDDERICH,
MIN. CONV. BONNÆ CANONUM PROFESSORIS.

QUAM
AB AMICO ACCEPTAM PUBLICI JURIS FECIT
ET AD
PASTORES DIOECESIS COLONIENSIS
DIREXIT
R. D. THEODORUS LILIENDAHL,
PASTOR IN ROTH.

FRANCOFURTI, MDCCLXXXII.

---

civiles fierent, nulla & invalida eſſe. Atque hæc eſt ip hærere profitetur Max. Henricus in ſæpe *Cit. Cap. III.* Unde hoc cum illa tanquam Regula commenſuratum eſſe intelligitur. Quantùm verò *Caput* illud ab eâ Sanctione abluderet, ſi, quam illæſam ea reliquerat formam, illud peremiſſet? Profectò Epiſcopus Pontificiis non inhæſiſſet veſtigiis, ſed plane aliam iniiſſet Viam, damnando formam civilem, cujus neceſſitatem ſolùm pontifex tolerare impoſterum noluit.

Porro ſi legis Ratio ad ejusdem Intellectum maximè faciat, evidenter concluditur: ſi in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum, omne verbum à potiori etiam in ore quatuor, quinque, aut ſeptem ſtare teſtium. Quis quæſo in negotiis ſolis Teſtibus comprobandis majori numero non ſemper detulit? ſi abundent, rectè dico, eſſe quoſdam ſuperfluos, at rem propterea non eſſe demonſtratam, dicet nemo. Nulla igitur Ratione aſſequi poſſum prætenſam à Monacho noſtro formæ civilis abrogationem.

Quare ſicut Pontifex in *Cap.* X. Univerſis formam breviorem præſcripſit, liberans eos à difficiliori, adeoque cuivis relinquens integrum ſub hac aut illâ teſtari formâ, ita etiam Max. Henricus præſcripſit ſuis ſubditis ſimilem, eâdemque ex Ratione, quâ uſus erat Pontifex, præſcripſit, liberans eosdem à *Solennitatibus à Jure civili requiſitis*, ut per conſequens Clerico Colon. expeditiſſima ſit facultas, *civili* aut *ſtatutariâ* utendi formâ.

** Redditâ

Turpe est revera, & indecens, contra adferentem perverſa nos pro Veritate frigidiores inveniri.

*Ruſticus Diacon.*

*Confrater in paucis dilecte!*

Poſteriores, quas Nepotulus tuus mihi unâ cum *Diatribâ de Teſtamenti factione Clerici Colonienſis* à te mihi adtulit, ſummo me adfecerunt gaudio. Diſplicent tibi in eâ non pauca, atque plurimam ejus partem credis falſam. Pro eâ tamen, quæ nos tot jam annos tenuit, conſuetudine poſtulas etiam meam hiſce de pagellis Criſin. Tibi quùm obſequar, non poſſum non; tantum quippe juris in me habes.

Scribam tibi itaque liberé, quid ſentiam & de *auctore*, & de ipſâ ejusdem, ut vocat, *Meditatione*. Quid vero vel imprimis de ipſo *Ampliſſimo*, ampullatoque auctoris Titulo, qui ſex omnino lineas in fronte Diſſertationis facit, ſcribam, non ſatis ſcio. *Philippi Hedderich*. Quare non, ùt olim, & ùt fert omnis ejus gregralium ordo, *Fr. Philippi?* Exuitne forte fratrem? videri itá poteſt; ſi enim vel Nomen hoc horreat, quidni & Rem? *Frater* nomen hactenus erat Monachis commune, ab ipſoque Paulo primis Chriſti fidelibus, quos Religioſi præ reliquâ Plebe ſequantur, commendatum: & hujus Te modo, Monache! pudet? *P. Reinerum Safferathem* noſti; ejus enim diſcipulus eras: Tibi ſuppar erat & Scientiâ & Pietate; quando vero ejusmodi aliquid ab ipſo factitatum vidimus? Quid quæſo Tu hominis es?

*Min. Conv. Preſbyteri*. Cur non *Ord. Fr. Min. S. P. Franciſci Conv.?* His quippe, utpote longioribus, prolataſſes, quod amas, Titulum tuum. Divinem? fugis, quidquid cucullum vel adumbrat. Fallor? Dic igitur, quare *Eminentiſſimi* nomen interpoſueris, & *Sanctiſſimi* Patris tui ſuppreſſeris? Uter tibi horum potior? Dicam ego, quoniam à te impetrare non potero, ut dicas ipſe, *alterum diligis*, i. e. adularis alteri, *alterum contemnis*.

*St. Theol. Doctoris*. Quis non credat, hominem aliquâ in Univerſitate vel Trevirorum, vel Agrippinatum doctorali inſignitum eſſe Laureâ? Sed neutrum. Quid igitur Doctoris eſt? Cucullaris eſt; Monaſticos inter parietes à Monachis non Doctoribus renunciatus eſt; Theologiam nunquam docuit, dubitoque, ſi commiſſa ejus hoc in genere ſphalmata attendero, an intellexerit unquam. Interim *St. Theol. Doctorem* ſe nominat ille, qui Diſcipulum theologicæ ſuæ Doctrinæ habuit neminem. Quæ frons? quæ iſthæc eſt arrogantia? Amens ſim, ſi amentior vel è Regno poſſibilium excuti poſſit Doctor. Tantùm delirare poſſe Lyram, nunquam credidiſſem.

*Eminentiſſimi Principis Electoris & Archiepiſcopi Colonienſis Conſiliarii Eccleſiaſtici actualis*. Seſquipedalia, & Monachatui adverſa! quâ enim Ratione cum hoc officii genere conjunget eam, quam vel ipſum *Monachi* nomen poſtulat, ſolitudinem? Celebris eſt S. Antonii M. ſententia: *Monachus extra Cellam aut ſolitudinem, eſt ſicut piſcis extra aquam*. Nimia etiam cum Magnatibus hujus Sæculi familiaritas Religioſis non tantùm quietem adimit, ſed ſuâ converſatione, Viſitatione, & colloquiis, ac negotiis mundanis, Spiritum Sæculi inſpirat, eosque totos ſæculares efficit. Quàm hæc improbabatur á *Matthæo* Pariſienſi Monacho Benedictino! Is *ad Ann.* 1235 narrat, S. Pontificem F. F. Ord. Minorum & Prædicatorum, quorum nonnulli *erant Magnatum conſiliatores. ... nimis in hoc gratiam ſibi ſæcularem comparantes*, dixiſſe: *quid eſt hoc fratres? quo prorumpitis? nonne profeſſi eſtis paupertatem ſpontaneam, ut diſcalceati, & inglorii peragrantes Vicos, & Caſtella, & loca remotiora, prout opus Dei exigit, Verbum Dei humiliter ſeminetis? .... Jam videtur in magnâ ſui parte Religio veſtra expirare*. Politicos id genus Religioſos vocat *S. Petrus Damian*. Lib. 5. Ep. 8. *Urbicos Eremitas*, &, quod exactè in *Conſiliarium* noſtrum cadit, *forenſes Solitarios*. Quàm igitur melius conſuleret ille ſibi & Religioni ſuæ, ſi hanc, ad quam tot periêre Sæculares, ipſe Monachus vitaret ſcillam!

Audio etiam, Monachum hunc, reipſa non amplius Monachum, duo inhabitare cubicula, alterum majus, minus alterum, utrumque perquam elegans, & ultra monaſticam excur-

rens

* 2

---

civiles fierent, nulla & invalida eſſe. Atque hæc eſt ipſiſſima hærere profitetur Max. Henricus in ſæpe *Cit. Cap. III.* Unde hoc cum illa tanquam Regula commenſuratum eſſe intelligitur. Quantùm verò *Caput* illud ab eâ Sanctione abluderet, ſi, quam illæſam ea reliquerat formam, illud peremiſſet? Profectò Epiſcopus Pontificiis non inhæſiſſet veſtigiis, ſed plane aliam iniiſſet Viam, damnando formam civilem, cujus neceſſitatem ſolùm pontifex tolerare impoſterum noluit.

Porro ſi legis Ratio ad ejusdem Intellectum maximè faciat, evidenter concluditur: ſi in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum, omne verbum à potiori etiam in ore quatuor, quinque, aut ſeptem ſtare teſtium. Quis quæſo in negotiis ſolis Teſtibus comprobandis majori numero non ſemper detulit? ſi abundent, rectè dico, eſſe quoſdam ſuperfluos, at rem propterea non eſſe demonſtratam, dicet nemo. Nulla igitur Ratione aſſequi poſſum prætenſam à Monacho noſtro formæ civilis abrogationem.

Quare ſicut Pontifex in *Cap*. X. Univerſis formam breviorem præſcripſit, liberans eos à difficiliori, adeoque cuivis relinquens integrum ſub hac aut illâ teſtari formâ, ita etiam Max. Henricus præſcripſit ſuis ſubditis ſimilem, eâdemque ex Ratione, quâ uſus erat Pontifex, præſcripſit, liberans eosdem à *Solennitatibus à Jure civili requiſitis*, ut per conſequens Clerico Colon. expeditiſſima ſit facultas, *civili* aut *ſtatutariâ* utendi formâ.

Redditâ

* *

sens modeſtiam; primum enim parietibus conſtat non ſimplici dealbatis Calce, ſed pictâ obductis chartâ; ſedibus ex Hollandiâ emtis, cujusmodi hodiedum utuntur Viri divites; Menſâ itidem affabrè elaboratâ, & mobilibus, quæ tam Potui inſerviunt, qualia ſunt vitra ſummis in labiis aurata, atque vaſcula murrhina, quam quibus ad captandas, diſtribuendasque Eſcas utitur Dominus, ſingulis in angulis ad pompam expoſitis. Quid ad hæc, ſi videret, *Laurentius Juſtinianus*? Nunquid caput quaſſans repeteret illud ſuum: *Non ſic Patres noſtri, non ſic*? Quid *Bernardus*? *Video & alios, quod non ſine dolore videri debet, poſt aggreſſam Chriſti militiam rurſum ſæcularibus repleri negotiis, rurſum terrenis Cupiditationibus immergi, cum magnâ curâ erigere* (exornare) *muros, & negligere mores.* Apol. L. 4.

Porro Manicis holoſericis, quas in ſui Ordinis Fratribus nunquam obſervavi, ornatus incedit; horologium geſtat argento munitum, & oſtentat: exutus veſte Ordinis togâ polymitâ involutus, pro more alicujus ex pennâ viventis Rabulæ mane comparet; Nicotianam deinde fumificat in arundine longâ; Miſſæ Sacrificium omittit; Chorum non adit; Suos contemnit; Curia Romana, Romanus Pontifex, & omnis Monachorum Grex continuarum ſuarum ſunt materies ſatyrarum. Quid plura? Titulo *Conſiliarii* prandet ſolus; juvenem Monachum habet ſervum, cui imperat; excurrit, quò vult, ſine ſocio, ſine licentiâ; in Popinis accumbit, manet, hæret; nocturnis commeſſationibus & intereſſe amat, & cœnas dare ipſe; Chartis, meroque frangere noctem, nil infrequens; communibus de Grege Patribus, ipſisque ſuis Superioribus durus, terribilis, &, niſi gratiam fecerit, inacceſſus. Heus! quàm in hoc homine parum Monachi! Complices ejus heic habeo Teſtes. Nec vereor, quin ipſi ejus ſymmiſtæ me nimium, ſed non ſatis, hominem deſcripſiſſe, ſint dicturi. O tempora, o mores!

Verùm quid conſequentius ex impetrato ſemel *Conſiliarii* Titulo exſpectari poterat? Expeditum ſatis eſt, *proprietatem*, quam nemo, qui hominem novit, ab ejus Negotiis facilè avellet, eſſe, ùt ait *Caſſianus* Lib. 7. Inſt. C. 6., *Receptaculum Vitiorum, malorumque omnium, & inextricabilem malitiæ fomitem.* Proprietarius eſt; quis enim Advocatorum Bonnenſium ſua cum hujus Monachi Muneribus, & Lucris comparare poterit? Quot pauperes iſte non *devorat in abſcondito?* quot aureos non captat *Carolos?* pretioſi ſunt ejus ad Miniſtrum acceſſus, vino ſaltem, ſi non auro ſolvendi. Vadant heic, & ſuas non contraponant reculas *Breuerus, Mollius, Lombergius, Dünwaldius* Profeſſores Collegæ. Crinibus à *Baruch* ſolis vincitur ille *Raſus.* Memineritne etiamnunc Monachus ille Franciſcanus eorum, quæ tradit Divus *Bonaventura de inform. Novit.* p. 2. C. 9. & 14., ubi ait: *Cum Paupertas voluntaria ſit totius ſpiritualis ædificii primarium fundamentum, idcirco toto tempore vitæ tuæ in omnibus tranſitoriis Rebus ſtrictam paupertatem obſerva, ut nihil ſub Cœlo habeas, niſi ea, quæ neceſſitati tuæ per Regulam conceduntur... Nihil habeas neque per te, nec per interpoſitam perſonam: & attende ſemper, ut nihil habeas in Cellâ, niſi neceſſaria, & hoc dico etiam de minimis Rebus, ne forte negligendo modica paulatim cadas ad majora?* Memineritne horum ſui S. Patris verborum *Cap.* 1. *in Reg.*: *Regula & vita iſtorum Fratrum hæc eſt, ſcilicet vivere in Obedientiâ & in Caſtitate, & ſine PROPRIO, & D. N. Jeſu Chriſti Doctrinam & veſtigia ſequi*? Pragmatica ſunt hæc equidem, ſed vereor, ne ille hæc jam dudum tanquam *medii ævi* phraſes riſerit, ploſeritque. Habeoque, cur ita verear; quid enim non ſolvet is, qui non ità pridem Epiſcopos Germaniæ ab onere Reſidendi ſolvit, conatus etiam, omnes noſtrarum, vicinarumque partium Chriſtianos â jejunio liberare? Multumne abeſt à claſſe eorum, de quibus *Lambertus* Monachus ad Ann. 1071, hæc: „Et revera non immerito Dominus ſuper noſtrates Monachos effundere „deſpectionem videbatur. Nam quorundam Pſeudomonachorum privata ignominia no„men Monachorum vehementer infamaverat, qui, omiſſo ſtudio divinarum rerum, totam „operam pecuniis & quæſtibus inſumebant. Hi.. aures Principum importunè obtunde„bant, & ad honores Eccleſiaſticos.. per ambitionis præruptum & malè partarum pecunia„rum profuſionem graſſabantur.... Mirabatur mundus, unde tantus ſcateret pecuniarum „fluvius, unde Crœſi & Tantali opes in privatos homines congeſtæ fuiſſent, *& eos potiſſi-*

„ *mum homines, qui crucis ſcandalum & paupertatis Titulum præferrent, & præter ſimplicem* „ *victum & veſtitum nihil rei familiaris habere ſe MENTIRENTUR?* „ Sunt ſane ex ipſo ejus Ordine viri æſtumatiſſimi, qui ex lectis ejus opuſculis, ſibique notiori ejus vivendi ratione jam pridem dixerunt, hominem ſuæ impatientem togæ, ſæculo perfectè conformatum, libertatis amantem, ac jam tum Beſſæ cum Cucullo commutationem meditari. Mirabor ariſtas in raſo exſurgere campo.

Id nolim ad morem Problematis venditare, num incapacior ille ſit ad danda Eminentiſſimo Conſilia, quam quivis Religioſus ad beneficia ſæcularia; compertum enim habeo, indubiumque, mille primum mecum adfirmaturos, in medio relicturos alterum.

Poſtquam vero nunc duas ſuo Titulo impleverat Lineas, acclamare potuiſſet aliquis, *Satis, ſatis eſt*, Titulate Monache! exornaſti te egregiè. Plus tua non fert Religio, jam nimio preſſa pondere. Quid enim ultrà tuus capiat cucullus PHILIPPO HEDDERICH MIN. CONV. PRESBYTERO, SS. THEOL. DOCTORE, & EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS & ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS CONSILIARIO ECCLESIASTICO ACTUALI ad ipſum Rupturæ periculum uſque diſtentus? — Lectica *Matonis* plena ipſo. Sed fruſtra; pergit enim addendo: CONSILII ELECTORALIS ACADEMICI ASSESSORIS. Prô Superi! num & Saul inter Prophetas? Plus unquamne fuit Wetzlariæ homo? Quod monſtrum adjuncta magis adverſa habuit? Monachus & in foro! Monachus & Titulis major ipſo Miniſtro de Belderbuſch! Monachus & in conſeſſu Dominorum gladium portantium! Quis ſatis ſtupeat hoc *horrendum ingens?* — *Sitis humiles*, ait S. *Bonaventura* Cap. 2. de perf. Vit., *quia Patrem habuiſtis humilem, ſcilicet B. Franciſcum: ſitis humiles, quia Matrem habuiſtis humilem, ſcilicet B. Claram, humilitatis Exemplar.*

Nundumne ſatis? nundum. SS. CANONUM IN ELECTORALI ACADEMIA BONNENSI PROFESSORIS PUBLICI ET ORDINARII. His ſi menſuram officii ſui abſolviſſet, ſubiiſſet mihi nunquam, ipſam Diſſertationis frontem accuratiori Examini ſubigere; at quoniam Liſam intendit, & magno hiatu ingentem Titulorum catalogum declamavit, non poteram non intolerabilem hanc ejus arrogantiam perſtringere. Quanquam & huic ſuus ſubeſt fucus; ait quidem *Ss. Canonum*; ſed, attentis ſuperioribus ejus erroribus, rectius ſcripſiſſet, *Febronianarum Extravagantum*, & *ſeditioſæ* modernorum quorundam veſtigia Proteſtantium ſecutorum *Doctrinæ*. Benigniori ſaltim Criſi exceptæ non fuerunt ejus famoſæ de S. Pontifice Poſitiones ab ipſo Pariſienſi Novellarum Eccleſiaſticarum Auctore. Quid Coloniæ Nuncius Apoſtolicus, quid integer ibidem XIIviralis Theologorum Senatus, quid Romæ, quid boni Catholici iis de ſenſerint, ſcimus omnes.

*Ss. Canonum Profeſſorem* ſe modo nominat; quem vero horum Profeſſorem audierit Diſcipulus, nominare poterit neminem. Eſt igitur ex iis aliquis, qui artem, quam non didicerunt, profitentur, & hi in re medicâ ſub nomine *Empiricorum* veniunt. Colloquia, quæ forte aliqua Treviris cum Cl. Nellero habuit, pro veris Collegiis valere non patior. Quanquam & ex his non retinuiſſe quidquam videatur aliud, quam quædam Paradoxata, etiam in Viro hoc cetera doctiſſimo à ſobriè ſapientibus non ſemel improbata. Quidquid interim Profeſſoris ſit, utinam ſuis ea ſolum traderet, quæ & vera & utilia eſſent, omiſſis iis rariſſimis, quæ ſæpe parum ædificant, Epiſodiis. Id doleo, eſſe ejus ex Diſcipulis vix aliquem, qui cum Febronio non febricitet; duabus enim iis vicibus, quibus fortuna mihi unum alterumve obtulit, non audii ab iis aliud, quàm Curiam Romanam orbis ſpoliatricem, S. Pontificem iniquum Jurium Epiſcopalium Poſſeſſorem, fore tempus, quo indormiſcentes Epiſcopi evigilent, & erepta ſibi primigenia Jura reclament. Opponebam ego, quæ in Orbe Curia gratis expediat? an Viennenſis? an alia? Si vero nulla, quare, quod omnibus commune eſt, proprium & ſingulare unius dicitis vitium? Ad hæc Hedderichiani mihi idem, quod Herodiani in Evangelio nempe *non poterant reſpondere*. Epiſcopi, proſequebar, etiam hodie poſſident, de quibus ii, quorum ſucceſſores ſunt, ne ſomniabant quidem. Quare juvenis veſtra ſchola hos igitur ab omni abſolvit Iniquitate? Si expergefiant ii, optarem ego,

* 3 primo.

---

civiles fierent, nulla & invalida eſſe. Atque hæc eſt ipſi

hærere profitetur Max. Henricus in ſæpe *Cit. Cap. III.* Unde hoc cum illa tanquam Regula commenſuratum eſſe intelligitur. Quantùm verò *Caput* illud ab eâ Sanctione abluderet, ſi, quam illæſam ea reliquerat formam, illud peremiſſet? Profectò Epiſcopus Pontificiis non inhæſiſſet veſtigiis, ſed plane aliam iniiſſet Viam, damnando formam civilem, cujus neceſſitatem ſolùm pontifex tolerare impoſterum noluit.

Porro ſi legis Ratio ad ejusdem Intellectum maximè faciat, evidenter concluditur: ſi in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum, omne verbum à potiori etiam in ore quatuor, quinque, aut ſeptem ſtare teſtium. Quis quæſo in negotiis ſolis Teſtibus comprobandis majori numero non ſemper detulit? ſi abundent, rectè dico, eſſe quoſdam ſuperfluos, at rem propterea non eſſe demonſtratam, dicet nemo. Nulla igitur Ratione aſſequi poſſum prætenſam à Monacho noſtro formæ civilis abrogationem.

Quare ſicut Pontifex in *Cap.* X. Univerſis formam breviorem præſcripſit, liberans eos à difficiliori, adeoque cuivis relinquens integrum ſub hac aut illâ teſtari formâ, ita etiam Max. Henricus præſcripſit ſuis ſubditis ſimilem, eâdemque ex Ratione, quâ uſus erat Pontifex, præſcripſit, liberans eosdem à *Solennitatibus à Jure civili requiſitis*, ut per conſequens Clerico Colon. expeditiſſima ſit facultas, *civili* aut *ſtatutariâ* utendi formâ.

* * Redditâ

primò ad priſtina redirent officia, dein ablata, ſiquæ ſint, Jura repetituri. Illud paſſim in novaturientibus animadverto Canonum Profeſſoribus, quod ea urgeant Epiſcoporum Jura, quæ Principatum, ejusque, quem in Germania tenent, adminicula ſuſtineant, non vero alia, quæ Populus ab ipſis ſibi jure deberi, rectè exiſtumat. Non tam Eccleſiis igitur Epiſcoporum laborat hoc Profeſſorum genus, quàm fœneri eorundem: quod eſt deteſtabilis Idolorum ſervitus.

Poſtremò ſui Tituli telam complet his: *atque inclyti Collegii juridici aſſeſſoris.* Quàm quæſo præproperum, illud vocare inclytum, quod & vix heri natum eſt, & coacto in orbis angulo deliteſcens? Numquid hoc idem, atque Gygantum ex genere Pigmeorum dicere origines? Facta, ſpecimina, eaque & multa & inſignia præcedant, neceſſe eſt, antequam ad Celebritatem pauca aſcendat hominum ſocietas. Annon ridiculus ille tibi foret Juvenis, qui Lanuginem pro barba habens, eam nigredine inficeret, ut ſe virum faceret? Annon vehementer deſiperet, ſi, qui non niſi gravibus & de Urbe & Orbe meritis debentur viris, Titulos ſuo minus nomine contentus ſibi arrogaret? Annon ſuis abſolutum numeris evaderet monſtrum, ſi paternâ ſuâ ignobilitate impeditus ad ſubſellia nobilium evolaret, greſſusque hos ſuos ſcriptis, iisque majuſculo expreſſis Typo, publico exponeret? atque hunc inter & noſtrum Monachum ne diſcriminis quidem hilum eſt. Tantum de auctore.

Nunc ad ipſam DIATRIBEN. Videamus, quantum & heic hallucinetur Juriſconſultus. Error autem ejus in aprico eſt, ſi demonſtravero, Clericum Colonienſem non ad unam obligari teſtandi formam. Quod ut præſtem, meâ quidem opinione haud aliud neceſſarium eſt, quam juſta quædam, & adcurata Cap. III. §. 1. Tit. XIII. de Teſtament. ex Statutis Max. Henrici Interpretatio. Quoniam vero citatum Caput III. Monachus noſter nec in parte I. ſuæ Meditationis §. VI., nec in parte II. §. III. rectè, & ùt in præfatis Statutis habetur, adducit, è re fore cenſui, ſi illud integrum heic referrem. Videte fidem Viri! Capitis inſcriptio, aut ſi mavis argumentum hoc eſt: *Quomodo Eccleſiaſtici Teſtamenta ſua condere debeant?* Reſpondetur: „ *Archiepiſcopali quidem Privilegio venerabili Clero noſtro in- & extra Civitatem noſtram Colonienſem Teſtamenta condere, & de Redditibus etiam beneficiorum ABSQUE SOLENNITATIBUS à JURE CIVILI REQUISITIS* (hæc NB. omittit Monachus Profeſſor §. VI. Part. I.) *valide & licite diſponere permititur; inhærendo tamen Canonicis Sanctionibus, Deceſſorumque noſtrorum Statutis & ordinationibus volumus, ut omnes Eccleſiaſtici Civitatis & Diœceſis noſtræ Colonienſis Teſtamenta ſua in Præſentiâ Notarii vel Paſtoris duorumque ad minus Teſtium condant, vel in Scriptis voluntatem ſuam propria manu ſubſcriptam, ſignatam atque occluſam Notario vel Paſtori coram duobus Teſtibus exhibeant, & in Chartâ hujusmodi contineri ultimam ſuam Voluntatem declarent. Notarius vero aut Paſtor in Dorſo Chartæ hunc actum ſcribat & ſubſignet. Diſpoſitiones aliter factas nullas & invalidas; Legata tamen ad cauſas pias propriâ Teſtatoris manu ſcripta vel ſubſcripta ſine Notario & Teſtibus ſubſiſtere declaramus.* En Caput integrum! Cujus ſequentes, ſi vel latinè ſciam, interpretes me dare poſſe Poſitiones exiſtimo. Judicet mundus, an bene!

*Poſit. I.* *CLERICUS COLONIENSIS VALIDE ET LICITE DE BONIS BENEFICIALIBUS EX PPIVILEGIO ARCHIEPISCOPALI TESTARI POTEST.* Obſervatis iis, quæ duobus primis §§. *Cap. II* continentur, Monitis, hic evidens eſt, & nativus Privilegii ſignificatus.

*Poſit. II.* *CLERICUS COLONIENSIS ETIAM ABSQUE SOLENNITATIBUS A JURE CIVILI REQUISITIS DE BONIS BENEFICIALIBUS VALIDE ET LICITE TESTARI POTEST.* Eſt hoc alterum Clerici Colonienſis Privilegium, vel, ſi lubet, primi adjunctum.

*Coroll. I.* Utroque hoc Privilegio ergo uti poteſt Clericus Colonienſis. II. Uti igitur & poteſt primo & altero non, ùt voluerit; Privilegiis enim utimur, quando volumus. III. Clericus Colonienſis igitur de bonis beneficialibus ſervatis ſolennitatibus à Jure civili requiſitis validè & licitè teſtatur.

IV.

d paſſim in
orum Jura,
on vero alia,
r Epiſcopo-
abilis Idolo-

*ris.* Quàm
cto in orbis
orum dicere
t, antequam
oret Juvenis,
t? Annon
bentur viris,
meris evade-
aret, greſſus-
que hunc in-
re.
riſconſultus.
d unam obli-
ceſſarium eſt,
Statutis Max.
ec in parte I.
abetur, addu-
tis inſcriptio,
*dere debeant?*
*extra Civita-*
*m ABSQUE*
onachus Pro-
*onicis Sanctio-*
*cleſiaſtici Civi-*
*ſtoris duorum-*
*riptam. ſigna-*
*rtâ hujusmodi*
*Dorſo Chartæ*
*Legata tamen*
*ſtibus ſubſiſtere*
retes me dare

*E BONIS BE-*
*POTEST.* Ob-
ns eſt, & nati-

*LENNITATI*
*VALIDE ET*
egium, vel, ſi

is. II. Uti igi-
ando volumus,
us à Jure civili-

IV.

---

IV. Quanquam igitur Archiepiſcopus Præſentiam Notarii vel Paſtoris, duorumque
ad minus Teſtium pro Formâ exegerit, Præſentiam tamen Perſonarum à Jure civili requiſi-
tarum tanquam formam illegitimam non improbavit, quin potius faciliorem ſubſtituiſſe
cenſendus eſt difficiliori, ut ſubditos ſuos Eccleſiaſticos à Juſtinianæis liberaret moleſtiis,
præeunte ſibi S. P.P. Exemplo. Quisquis hæc connexa non viderit, ei lumen ademtum eſt.

*Schlolon.* Habeat auctor Diatribes à ſuo Guardiano Privilegium emanendi è Choro,
ſitque ob ſcholæ ſarcinam à ceteris monaſticis immunis oneribus; ne tamen totus deſiiſſe
Monachus videatur, & omni ſolutus Diſciplinâ, ſingulis diebus is ipſi præcipiat pænitentia-
lium recitationem Pſalmorum. Quid? Corripietne Superior *Philippum*, ſi Chorum acceſ-
ſerit, & cetera Monachorum penſa perſolverit? Nonne, cui plus licet, etiam id, quod mi-
nus eſt, licere debet?
Habeat item hoc ſibi *ſpecialiſſimè* datum Monachus aliquis, ut à Conſiliis Principis
eſſe poſſit, an propterea damnandus, ſi ex præſcripto Regulæ nolit? an damnandus ſacer-
dos, qui, quod *abſque* ſolennitatibus ex Privilegio poſſet, cum ſolennitatibus celebraret offi-
cium? *Abſque* conſiliis Evangeliciis ſalvari poſſumus; ſervando enim mandata *ejus* ſalvi
erimus, an dandum propterea Crimini, ſiquis voto ad hæc ſe obſtringat, impleatque? Non-
ne, qui legem ſervat, & privilegio non utitur, præplacet Principi? Cum igitur Archiepi-
ſcopus Eccleſiaſticis ſuis ſubditis & facultatem teſtandi fecerit, & teſtandi *ABSQUE SO-*
*LENNITATIBUS A JURE CIVILI REQUISITIS*, plane conſequitur, eum præſcriptam
à ſe formam tanquam *unicè* valituram noluiſſe. Si
Ait Clauſulam, *Diſpoſitiones aliter factas nullas & invalidas ... declaramus*, eſſe annul-
lantem: Senſus eſt, Diſpoſitiones ne hac quidem formâ, quam præter moleſtiſſimam Ju-
ſtinianæi aut etiam noſtri civilis Juris facillimam præſcripſimus, inſtructas, nullas & invali-
das declaramus. Quemadmodum enim F. *Philippus* tum demum corripiendus eſſet, ſi *nec*
Chorum frequentaret, *nec* injunctorum ſibi pſalmorum Lectionem perſolveret: item Sacer-
dos, qui officium *nec cum, nec ſine* ſolennitatibus perageret; ità etiam Teſtamentum Clerici
Colonienſis, quod *&* ſolennitatibus civilibus, *&* Statutariis careret, nullum & invalidum
eſſet declarandum. Ex veris Hermeneutices Regulis primum membrum Privilegii Maxi-
milianæi Propoſitio *Copulativa* eſt, duabusque, quas ſuprà dedimus, conſtat ſimplicibus, in-
volvens nempe liberam Teſtandi facultatem, ſimulque novam ſub breviori formâ teſtandi
omiſſis ſolennitatibus civilibus. Oſtendit id clare ipſa totius periodi, quâ *Cap. III.* concep-
tum eſt, ſtructura; incipit enim *Archiepiſcopali quidem*, ſive, quod idem eſſet, *Etſi &c. &c. per-*
*mittitur*: pergit deinde & connectitur per particulam *tamen*. In protheſi Clero Colonienſi
modo conceditur teſtandi venia; innuiturque forma, quacum teſtari poſſit, per auxeſin
*etiam .. abſque ſolennitatibus à Jure Civili requiſitis*. Quoniam tamen Canonicis Sanctioni-
bus à ſepteno Teſtimonio Teſtamenta jam dudum liberata erant, noluit etiam Archiepiſco-
pus, Teſtamenta ſuorum tantis induere ambagibus, ſed in ore duorum, triumve ſtare Te-
ſtium. Longiſſimè profectò abfuit, ut formam, quam utpote ſuâ tutiorem, certioremque
jam jam adprobaverat, improbarit, aut voluerit nullam.
*Inhæret* porro Archiepiſcopus in *cit. Cap. III. Sanctionibus Canonicis, Deceſſorumque*
*ſuorum Statutis & Ordinationibus*; atqui nec Pontificum ullus, nec Archipræſulum Colonienſ.
Maximiliano majorum formam à jure civili requiſitam abrogarat, tanquam deinceps non
valituram. Ubi enim loci? quâ etiam ratione? Eſtne fors moderna melior illâ civili anti-
quâ? tutior? ſapientior? legiſlatore dignior? Non certe alio ſeſe hæc præ illâ commen-
dat adjuncto, quam brevitate, & propterea etiam facilitate. Quid deinde etiam iſtâ ſuppo-
ſitione ſtolidius? Tribus nempe vellet habendam eſſe fidem, quam habendam eſſe ſeptem
negaret. An forte facilior trium in eandem falſitatem conſpiratio, atque ſeptem?
Amplius. Ait Archipræſul *in cit. Cap. III. Duorumque ad minus Teſtium*. Quâ Ex-
preſſione palam ſignificavit, ſe minimam, quæ quidem heic locum habere poſſet, exegiſſe
formam

---

civiles fierent, nulla & invalida eſſe. Atque hæc eſt ipſiſſima
hærere profitetur Max. Henricus in ſæpe *Cit. Cap. III.* Unde hoc cum illa tanquam Regula commenſuratum eſſe intelligitur. Quantùm verò *Caput* illud ab eâ Sanctione abluderet, ſi, quam illæſam ea reliquerat formam, illud peremiſſet? Profectò Epiſcopus Pontificiis non inhæſiſſet veſtigiis, ſed plane aliam iniiſſet Viam, damnando formam civilem, cujus neceſſitatem ſolùm pontifex tolerare impoſterum noluit.

Porro ſi legis Ratio ad ejuſdem Intellectum maximè faciat, evidenter concluditur: ſi in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum, omne verbum à potiori etiam in ore quatuor, quinque, aut ſeptem ſtare teſtium. Quis quæſo in negotiis ſolis Teſtibus comprobandis majori numero non ſemper detulit? ſi abundent, rectè dico, eſſe quoſdam ſuperfluos, at rem propterea non eſſe demonſtratam, dicet nemo. Nulla igitur Ratione aſſequi poſſum prætenſam à Monacho noſtro formæ civilis abrogationem.

Quare ſicut Pontifex in *Cap.* X. Univerſis formam breviorem præſcripſit, liberans eos à difficiliori, adeoque cuivis relinquens integrum ſub hac aut illâ teſtari formâ, ita etiam Max. Henricus præſcripſit ſuis ſubditis ſimilem, eâdemque ex Ratione, quâ uſus erat Pontifex, præſcripſit, liberans eoſdem à *Solennitatibus à Jure civili requiſitis*, ut per conſequens Clerico Colon. expeditiſſima ſit facultas, *civili* aut *ſtatutariâ* utendi formâ.

Redditâ

* *

---

auch
, und
gnädigsten
dem ist,
zu begeben,
auf seine
zu dem
verbinden
, Cöln
künftig
[illegible]
~~[illegible]~~
zu
und

Julius

formam. majori, aucto etiam Teſtium Numero ad Juſtinianæas uſque apices, profectò non indignaturus.

Atque ità penſatis omnibus disjunctiva hæc Formæ neceſſitas tam eſt clara, & in citato ſæpe capite tam dilucidè expreſſa verbis, ut quæ iſtam præteriiſſet, Talpæ vix ignoſcerem. Quod ſi vero hoc de eo criminum genere eſt, ut in bruto ne veniam quidem mereatur, quâ Ratione in hominem, in Ss. Canonum Profeſſorem, in Ss. Theol. Doctorem, in Conſiliarium, eumque, ut ſe vocat, actualem, in Conſilii, Collegiique inclytorum aſſeſſorem iſtius auctorem animadvertendum putas? Excuſatione temperandusne hic error? Atqui virorum doctiſſimus eſt, qui jurisjurandi Sacramento Mundo adfirmat, ſe non fallere, fallive. Feſellit tamen. datâque feſellit operâ. Fidenter dico, ſtudio feſellit.

Quid ita? §. VI. *Part. I.* ſuæ Diatribes ſub aſteriſco primo adducit primum membrum Privilegii ipſiſſimis Archipræſulis verbis, iisque curſivo, ùt ajunt, exſcriptis typo. Verba vero *ABSQUE SOLENNITATIBUS à JURE CIVILI REQUISITIS*, verba valentia, quæ ad rem non faciunt ſolùm, ſed Privilegium in altero tanto majus elevant, verba, quæ ejus poſtea Corollaria maximam partem deſtruunt, & quæ, ſi in ipſo Privilegio omiſſa fuiſſent, Libertatem teſtandi Clericorum Col. non uno coegiſſent palmo, omittit Ipſe, nullo omiſſionis relicto veſtigio, puncto, commate. Studeone, an oſcitantiâ id factum cenſes? Alterum qua mihi perſuadeam ratione? Viderat antecedentia, viderat & conſequentia; utraque enim, ùt Statuta habent, citat, & media illa *ABSQUE SOLENNITATIBUS A JURE CIVILI REQUISITIS* non viderit! Miraculum interveniſſe credam? Apage. Studio, datâque, quod verbo problema ſolvit, feſellit operâ.

Sed ſi feſellit, quis fraudis iſtius finis, quæ Ratio? Palpabile eſt Myſterium hoc, & meis citimum oculis. Totus Aulæ devotus eſt impoſtor; quare quidquid commodi quacunque ratione huic adferri poteſt, portandum illùc eſt, trudendumque. Quid verò utilius Aulæ, atque caſſa Clericorum Teſtamenta? Heinc ille miſcere omnia, formam eorum ſcrupuloſius tractare, atque illam Sacramentorum, dubii valoris admittere nullum, truncare Clericorum *Teſtandi libertatem ex Concordatis*, ùt ipſe §. VI. Parte I. loquitur, *quæſitam*, & *motos de Formâ Teſtamentorum à Clericis condendorum fluctus*, de quibus Bœhmerus in Præfat., in tempeſtatem agere. Scio equidem Eminentiſſimo noſtro nil placere minus, quam ingenioſorum id genus ſpoliorum; attamen ſi jure, ſi publicè defenſato jure ad Ipſum pertinere perſuadeatur, quid pronius, quàm accipere, &, quibus voluerit, diſpenſare? Munera, crede mihi, placant hominesque, Deosque. utriſque eo gratiora, ſi exuto *Muneris* nomine ſub titulo *Debitorum* venerint. Quibus præter Eminentiſſimum hac pſeudodoctionis opellâ gratificari voluerit, non dicam ego. quoniam Bonnæ id Lapides ſciunt.

Interim in quantum hæc vergunt hæredum ſæpe clam pauperum præjudicium? Quam ampla inde Promotoribus fiſcalibus occaſio, fuſcinulam tridentem ad morem pueri Sacerdotis ( 1. *Reg. II.* ℣. 12. & 13.) alienam mittendi in Caldariam, & tollendi, quidquid levat fuſcinula? Væ *Conſiliario* illi *actuali*, ſi, quæ non ita pridem pauperes quorundam Paſtorum cognati paſſi ſunt, damna ſuam ejus Conſiliis debeant origenem! Tum enim vero *actualitas* ejus peſſima, &, quod ſcire debet, Reſtitutioni obnoxia.

Videamus porro, quomodo fallere pergat. §. III. part. II., ubi de *Formâ Teſtamenti* ex profeſſo agit, adducit alterum Privilegii membrum, ſed ità, ut iterum omnem *civilis formæ* mentionem ſupprimat; omittit enim particulam connectentem *tamen*, quæ aliquam modo formam in protheſi innuebat, ſtatimque præceptivum illud *Volumus* ſubjungit, aſſumpto ſemel inhærens Errori, Clerico Colon. non niſi ſub unâ Teſtari licere formâ. Quod quàm falſum ſit, naturalique Privilegii Intellectui oppoſitum, hactenus vidimus.

§. Deinde IV. Confirmat Errorem ſuum Ordinatione, ùt ait noviſſimâ Maximiliani Friderici; ſed quàm ineptè, quàm oppido falſè, quam contra ipſam Reſcripti Literam, dici vix verbis poteſt. Eamus per ſingula.

Reſcriptum

ofectò non
& in citato
gnoſcerem.
reatur, quâ
in Conſilia-
orem iſtius
qui virorum
ive. Fefellit

imum mem-
riptis typo.
verba valen-
vant, verba,
legio omiſſa
t Ipſe, nullo
tum cenſes?
onſequentia;
CATIBUS A
n? Apage.

ium hoc, &
ommodi qua-
l verò utilius
, eorum ſcru-
uncare Cleri-
*tam*, & *motos*
Præfat., in
uam ingenio-
ium pertinere
unera, crede
ine ſub titulo
pellâ gratifi-

ræjudicium?
morem pueri
di, quidquid
es quorundam
um enim vero

*mâ Teſtamenti*
n *civilis formæ*
aliquam modo
git, aſſumpto
Quod quàm

iâ Maximiliani
i Literam, dici

Reſcriptum

---

ad Sup.
geistlichen Raths D.
Hedderich

[1314.]

63

Obwohlen dem Supplicant, auf
seine eigene Erklärung, und
umstands ansehen, die gnädigste
Erlaubnus ertheilet worden ist,
sich von hier nach Mainz zu begeben,
so wird derselbe jedoch, auf seine
anderweite gegenwärtige von
lebenden
, wird
[illegible]
legen
~~ge~~
zu
und
Julius

---

Reſcriptum ad *Officialem* Colon., qui illud 1763 ob tricas quaſdem ipſum inter & Sigilliferum majorem natas obtinuit, vocat *Ordinationem novam, efficaciſſimam, ſtrictiſſimam*, quod tamen *Officialis* ipſe non alio, quam *ſingularis Reſcripti* nomine dignatur; ait enim in *Præf.* ad illud: *mediante ſingulari reſcripto.* Quæro jam, annon inepte, planeque falſo ejusmodi Reſponſorias quis *univerſalis Ordinationis* Titulo inſigniat? At demus hoc Viro; in augendis enim Titulis ſuperat ſibi pares. Quæro amplius, annon falſius *Legem*, eamque *pragmaticam* vocet? Quanquam, an ſciat, quis ultimæ huic Voci ſubſit ſignificatus, vehementer dubitem. Conſulat deſuper Apologiam P. *Reiffenberg* Jeſuitæ Harrenbergicæ oppoſitam Hiſtoriæ. Quæro demum, quâ autoritate *Reſcriptum* illud privatum (plus enim non eſt) in Codicem Maximilianæum referri velit, aut hoc illum augere?

*Novam* deinde adpellat, quâ expreſſione utique inauditi hactenus aliquid, aut, quod præceptione nulla injungebatur, ſignificatur. Audiamus Verba Eminentiſſimi: *Leges bene ſancitas, & Statuta opportunè lata ABSQUE OMNI IMMUTATIONE ſuo in Vigore relinqui, & conſtanter obſervari ſane nobis expedire, atque NECESSARIUM videtur.* Ità Ille. Unde quid apertius, quàm putidiſſimum Monachi noſtri Mendacium? Negas? Impoſueritne igitur Eminentiſſimus? Alterum adfirmetur, neceſſe eſt, quoniam hæc eſt ejus Rationis oppoſitio, quæ medium non patitur. Ubi Res *abſque omni immutatione* relinquitur, quid ibi *novi?* Hem! quam heic ad ſolem caligaſti?

*Novam* adpellat; atqui non *Reſcriptum* hoc, ſed *Cap. III.* ex Statutis Maximiliani Henrici hoc Reſcripto publicari voluit Eminentiſſimus. Audiamus iterum Verba: *Ne quis vero horum Ignorantiam impoſterum prætegere valeat, hanc* STATUTORUM SYNO*DALIUM Ordinationem* (NB. quam complectitur *Cit. Cap. III.*) *ultimas Clericorum Voluntates concernentem modo, quo tibi opportunum magis viſum fuerit, denuo ad eorum notitiam deduci volumus.* Reſcriptum, quod in ſolis ædibus *Officialis Colon.* hæreat, & quo ille ſolummodo monetur, ut illam *ſynodalem* Ordinationem Max. Henrici denuo promulget, quomodo Ordinatio? quomodo nova? quomodo efficaciſſima, ſtrictiſſimaque?

Unde, quidquid illud *Reſcriptum* de formâ teſtandi ſub nullitatis pœnâ à Max. Henrico præſcriptâ habeat, eodem, quo ſupra *Cap.* III. intelleximus, excipiendum erit Interpretamento.

Non ſane ità deſipuerunt Archipræſules noſtri unquam, ut, quam ſuâ certiorem noverant formam civilem, vel improbarint ipſi, vel declararint nullam. S. Pontifex in *Cap. X. de Teſtam.* improbat quidem Conſuetudinem, quâ in Epiſcopatu hoſtienſi Teſtamenta paſſim reſcindebantur, niſi ſecundum Leges Civiles facta fuerant: declaratque trium perſonarum fidem pro formâ ſufficere; at ne ſomniat quidem, Teſtamenta, ſiquæ etiam deinceps ad leges civiles fierent, nulla & invalida eſſe. Atque hæc eſt ipſiſſima illa *Canonica Sanctio*, cui ſe ſe inhærere profitetur Max. Henricus in ſæpe *Cit. Cap. III.* Unde hoc cum illa tanquam Regula commenſuratum eſſe intelligitur. Quantùm verò *Caput* illud ab eâ Sanctione abluderet, ſi, quam illæſam ea reliquerat formam, illud peremiſſet? Profectò Epiſcopus Pontificiis non inhæſiſſet veſtigiis, ſed plane aliam iniiſſet Viam, damnando formam civilem, cujus neceſſitatem ſolùm pontifex tolerare impoſterum noluit.

Porro ſi legis Ratio ad ejusdem Intellectum maximè faciat, evidenter concluditur: ſi in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum, omne verbum à potiori etiam in ore quatuor, quinque, aut ſeptem ſtare teſtium. Quis quæſo in negotiis ſolis Teſtibus comprobandis majori numero non ſemper detulit? ſi abundent, rectè dico, eſſe quoſdam ſuperfluos, at rem propterea non eſſe demonſtratam, dicet nemo. Nulla igitur Ratione aſſequi poſſum prætenſam à Monacho noſtro formæ civilis abrogationem.

Quare ſicut Pontifex in *Cap.* X. Univerſis formam breviorem præſcripſit, liberans eos à difficiliori, adeoque cuivis relinquens integrum ſub hac aut illâ teſtari formâ, ita etiam Max. Henricus præſcripſit ſuis ſubditis ſimilem, eâdemque ex Ratione, quâ uſus erat Pontifex, præſcripſit, liberans eoſdem à *Solennitatibus à Jure civili requiſitis*, ut per conſequens Clerico Colon. expeditiſſima ſit facultas, *civili* aut *ſtatutariâ* utendi formâ.

Redditâ

* *

formam. majori, aucto etiam Teſtium Numero ad Juſtinianæas uſque apices, profectò non indignaturus.

Atque ità penſatis omnibus disjunctiva hæc Formæ neceſſitas tam eſt clara, & in citato ſæpe capite tam dilucidè expreſſa verbis, ut quæ iſtam præteriiſſet, Talpæ vix ignoſcerem. Quod ſi vero hoc de eo criminum genere eſt, ut in bruto ne veniam quidem mereatur, quâ Ratione in hominem, in Ss. Canonum Profeſſorem, in Ss. Theol. Doctorem, in Conſiliarium, eumque, ut ſe vocat, actualem, in Conſilii, Collegiique inclytorum aſſeſſorem iſtius auctorem animadvertendum putas? Excuſatione temperandusne hic error? Atqui virorum doctiſſimus eſt, qui jurisjurandi Sacramento Mundo adfirmat, ſe non fallere, fallive. Fefellit tamen. datâque fefellit operâ. Fidenter dico, ſtudio fefellit.

Quid ita? §. VI. *Part. I.* ſuæ Diatribes ſub aſteriſco primo adducit primum membrum Privilegii ipſiſſimis Archipræſulis verbis, iisque curſivo, ùt ajunt, exſcriptis typo. Verba vero *ABSQUE SOLENNITATIBUS à JURE CIVILI REQUISITIS*, verba valentia, quæ ad rem non faciunt ſolùm, ſed Privilegium in altero tanto majus elevant, verba, quæ ejus poſtea Corollaria maximam partem deſtruunt, & quæ, ſi in ipſo Privilegio omiſſa fuiſſent, Libertatem teſtandi Clericorum Col. non uno coegiſſent palmo, omittit Ipſe, nullo omiſſionis relicto veſtigio, puncto, commate. Studeone, an oſcitantiâ id factum cenſes? Alterum qua mihi perſuadeam ratione? Viderat antecedentia, viderat & conſequentia; utraque enim, ùt Statuta habent, citat, & media illa *ABSQUE SOLENNITATIBUS A JURE CIVILI REQUISITIS* non viderit! Miraculum interveniſſe credam? Apage. Studio, datâque, quod verbo problema ſolvit, fefellit operâ.

Sed ſi fefellit, quis fraudis iſtius finis, quæ Ratio? Palpabile eſt Myſterium hoc, & meis citimum oculis. Totus Aulæ devotus eſt impoſtor; quare quidquid commodi quacunque ratione huic adferri poteſt, portandum illùc eſt, trudendumque. Quid verò utilius

---

Redditâ nunc ſuâ *Cap. III.* Luce, perfacile eſt ad dubia Hedderichiana reſpondere. Atque ad *primum* quidem ſecus, ac ille ℞. *affirmativè*; Leges enim civiles Colon. apertè permittunt, præſentiam Parochi vel Notarii per duos alios ſuppleri Teſtes. Aliunde per hactenus demonſtrata non eſt obligatio Clericorum Colon. utendi hac abſciſſè formâ, ſed unâ ex duabus, civili vel canonicâ, neceſſitate inter utramque ambulante, nulli adligatâ parti.

Quod §. VI. garrit de differentiâ Teſtamenti *Clericalis & Laicalis*, nulla ſuffulſit Ratione. Quærit quidem in Scholio, *ubi hoc* (nempe præſentiam Notarii vel Paſtoris ſubſtitutione duorum Teſtium ſuppleri poſſe) *Legislator idem quâ Canonicus & Epiſcopalis pro Teſtamentis Clericorum de bonis Clericalibus, quorum valor unice ex arbitrio Epiſcopi & formâ ab hoc præſcriptâ dependet, ordinavit?* Sed expedita modo Reſponſio eſt. In Cap. III. permiſit hoc Epiſcopus, hiſque verbis *abſque Solennitatibus à Jure civili requiſitis* permiſit, quæ Tu ſupra nequiter tacuiſti; iis enim Clericis non eſt ademta facultas teſtandi ſub formâ civili, quemadmodum nec tibi libertas adeundi Chorum, caſu, quo ex privilegio ſolâ pſalmorum pœnitentialium recitatione ſatisfacere poſſes. Capis jam? Verba illa, *quorum valor unicè ex arbitrio Epiſcopi... dependet*, videntur ſatis contradictoriè oppoſita illis ſuperioribus part. I. §. VI. *in ſchol.* ultimis: *Statuto huic utpote Libertati teſtandi* EX CONCORDATIS QUÆSITÆ *noxio*. Opprobrium hoc tum demum aufferet, cum ſimultaneam ita oppoſitorum veritatem oſtenderit. Argumentum, quo ex *Cap. 12. de Decimis* ibidem utitur, ex eodem *Cap. III.*, quod Lapis heic lydius eſt, nullius eſt Roboris, cuique proinde heic nullus debebatur in diverſorio Locus.

§. VII. eâdem laborat peſte; falſum enim eſt, quòd Legiſlator Colonienſis Canonicus *præciſè* & tantùm requirat Præſentiam Notarii vel Paſtoris, eamque ſub pœnâ nullitatis. Falſum item, Notarium vel Paſtorem eſſe ſolas eas perſonas, quæ ſint ex lege ad actum teſtandi qualificatæ; poteſt enim utraque per duos alios teſtes ſuppleri, ùt lex verbis jam ſæpe repetitis palam permittit.

